¶ Omētū itaq̄ ita appellatū ab Hypocrate ꝛ ab Ariſt. quaſi operimētuz: arabice aūt zirbus: ſicut Raſis Aui. Auerroys. aut tirbus. ſicut Haliabbas. a Galieno vero. 4°. de vti. par. epiploū ſiue epiplous grece ab epi: qḋ latine ſonat ſupra: ꝛ pleo quaſi emineo: a ſitu eius denomiationē ſumēs. eſt. n. ſupereminēs: vel ſupra appoſitus: ſtomaco. vz. ꝛ inteſtinis. qua ratione aliquādo ēt vocatuz eſt clipeus. ſicut. 3. de ingenio ſanitatis: ꝛ vētris mappa ꝓprio nomine: ꝛ dictus eſt ēt reticulus quaſi pāniculus intextus venis ad iſtar retis: eſt nāq̄ mēbrana ſiue pāniculus quē omnia animalia poſſidēt ſanguinē habētia: licz alia pinguē: alia macilētū: auctore Ariſto. 4. de hyſtorijs: ꝛ ipſum quidē eſt mēbrana aut ſepoſa: aut adipoſa. in vtroq̄. n. pingueſcere animal ſolz: auctore eodē quarto de partib⁹ animaliū: licet in tranſlatione arabica compertū ſit ab Ariſto. id membrum qḋ zirbum dicimus ſumi pro ſepo. vt in capitulo de ſepo ꝛ ſanguie: ſicq̄ erit nomen equiuocum ad id de quo non eſt preſens intentio: ꝛ ad membrum quoddam compoſitum: cui⁹ anathomie inſiſtimus in preſenti.

**Subſtancia** quidē eius eſt panniculaˀis ſolida vt extēdi poſſit: ex tunicis duabus compoſita: vel ex plurib⁹ duabus ſm̄ loca diuerſa: denſis q̄dē vt caliditatē comprehēdat ꝛ retineat in ſtomaco ꝛ in inteſtinis ꝛ in alijs mēbris nutritiuis: quaſi coꝝ indumētuz: auctore Auicē. ꝛ ſubtilibus leuibus aereis: vt adeps eius alleuietur. i. leuis reddatur: ꝛ non oneroſus membris que ab eo tegūtur: vt in valde pinguibus corporibus: que tunice ſibiinuicez ſupponuntur multis artarijs ꝛ venis: que ſunt illi loco cortic ꝛ ſoliditatis: dicebat Haliabbas: ꝛ conſtat omentum pinguedine non pauca: pluribus tamē artarijs ꝛ pauciorib⁹ venis: calefaciendi enim gratia membrū eſt factum. ideo venis ꝛ artarijs plurimis conſtructum cum pinguedine copioſa ꝛ circūfuſa venas ꝛ artarias illas ſuſtentante: eiuſq̄ vacuitates replente.

**Complexio** omēti eſt calida ꝛ humida: quicq̄d non recte dictum ſit a modernioribus quibuſdam. ꝓma ꝓmi canoñ. ꝛ alibi: ipſum. vz. eſſe complexiōis frigide. res. n. que creata eſt ad calefaciendū: oportet ꝙ ſit calida: cui⁹ caliditatē conteſtatur pluralitas artariarum ſupra venas in illius compoſitione cum pinguedine multi caloris: que ꝓpter eius propinquitatem ad naturā ignis velociter eſt accēſibilis: nullum autem frigidū prompte comburit: qḋ etiam calida res ſit pinguedo cognoſcit ſenſus vtentium ea veluti oleo. hec omnia de intentione Galie. 5. de iuuamētis mēbrorū. ꝛ. 4. de vti. par. dicētis.

ADDITIO

**Nō pigritauit** natura ꝓpter hoc ipſuz. ſ. vt caleſieret vēter ſm̄ anteriora generare aliquod corp⁹ ꝛ extēdere per totū ipſum denſuz ſimul ꝛ lene ꝛ calidū: denſum quidē vt intus recludat innatā caliditatē: lene aūt vt intriſtanter ꝛ abſq̄ preſſura calefaciat: calidū aūt ſimiliter qḋ neq̄ ſermone indiget: q2 tale oportuit eſſe calefaciēdi gratia factū. que. n. alia inuenit particula in animali: tali corpore lenior ꝛ denſior. ſi vero calidū vas habere oportuit multas venas ꝛ artarias ꝛ aliquā pinguedinē copioſam circūfuſam: quā quidē ꝙ calida res eſt cognoſcit ſenſus vtētiū ea veluti oleo. Indicat aūt non minus ꝛ hoc. ſ. faciliter ad flāmā tranſmutari ceu ꝓpinquiſſimaz nature ignis exiſtentē eam. nullū. n. frigiduz prompte comburitur: ꝛ ita quidē iam manifeſtū factū eſt epiploū vocatuz ſiue omentū ex duabus quidē tunicis denſis ꝛ ſubtilibus ſibiinuicē ſuppoſitis. multis vō artarijs ꝛ venis ꝛ pinguedine nō pauca ꝯſtās.

TEXTVS

**Figura** omēti eſt ſicut chiſtis: auctore Auic. i. burſa vel ſacc⁹: ꝛ eſt ſicut perula: dicebat Haliabbas: in qua ſiquid reponeret̄ cōtineret illud: q̄ ſermo ita audiēdus eſt: vel ꝙ tunice omentuz componentes ſunt ita adinuicē diſpoſite: ꝙ ſi inter eas aliquid poneretur: ita ab eis retineret̄: ſicut ſaccus continet: vel ꝙ ipſe zirbus in extremitate verſus pectinem reflectitur interius ad poſterius: ꝛ ſic inteſtina ſuſtinet: ꝛ hic quidem intellectus eſt rationalis.

**Numero** ſubſtātijs quatuor integrat̄: duab⁹. vz. aut plurib⁹ telis ſiue tunicis ſecundum alia ꝛ alia loca: artarijs: venis: ꝛ pinguedine.

**Situ ſuo** omentū ex finib⁹ dyafragmatis ab ore ſtomaci oriens deſcendit ex ſuperfluitate ſiphac. orit̄ enim ex operimento quodam ſiphac: auctore Haliabbate apud ſtomacū ꝛ duodenū inteſtinuz in loco in quo due partes ſiphac aſcēdētes ex parte dorſi ex duobus lateribus concurrētes apud couexum ſtomachi extenſe ſunt ſupra ventrem: quo in loco ſicut conuenientiori fit generatio omenti: eo ꝙ omnia ibidē ad eius generatiōem coeunt: due videlz tele ex mirach ſuperfluentes: due vene a venis dorſi pulſatili ꝛ non pulſatili: ex quibus plures ramificantur vene in ſubſtātia omēti diſtribute ꝛ ſparſe: ꝛ eſt iter omēti tunicas adeps plurimus poſitus ſuper inteſtina: ꝛ ſunt qui putēt etiaz a meſenthereon hoc in loco pinguedinem omento communicari. Id vero fere omne docebat Galie. quarto de vtilita. particu.

ADDITIO

**Obuiantibus** ſibinuicē perithoneon. i. ſiphac que a dorſo ex vtraq̄ p̄te aſcendunt ſecundum zirbum ꝛ altiſſimam partem ventris. ſ. ſtomachi: ꝛ ibi maximā artariam ꝛ venaz extenſam inuenientibus: locus iſte totus principium generationis epiploi: ceu iaz omnia habens quibus egebat: ꝛ eniz artaria ꝛ vena ſunt ibi magne ꝛ due partes ꝛ pars ventris que calefieri eget: ſuperiacet quidem igit̄ ventri ꝛ quaſi ſuperuehitur epiploū. ſic eniz ꝛ nomē ſortitum eſt vt diximus.

TEXTVS

**Eſt preterea** id quod non niſi pinguis mēbrana eſt. i. omentuz medio a ventre dependens: dicebat Ariſto. ꝓmo de hyſtorijs. ſitum huius membrane docens: ſicut etiā in ceteris animalibus que vnūz habent ventrem: ꝛ vtraq̄ oris parte dentata ſunt: quoniā reliquam ventriculi partē. i. ſtomaci iecur incidens fouet: ꝛ hoc tam vniuentri q̄ multiuentri generi ventrem ꝛ inteſtina ſplenem ꝛ meſeraicas venas eſt ab extra cōplectens. Immediate poſitus ſub ſiphac ꝛ quaſi interior illius pannus: ꝛ veluti exterior panniculus ſtōaci: cui⁹ tunice int⁹ reflexe ſunt ad lat⁹ vtrūq̄.

**Colligantiam** habet omentum cum ſtomaco ꝛ cuz his que ab eo teguntur. ſ.

teſtinorum eſt debilis: vt diximus carnoſa contraria na
ture duarū coleraꝝ. Nā aūt chiſtis fellis ⁊ veſice conue
niēs eſt ⁊ patiēs nām colere ⁊ vrine. ADDITIO

**Et per hoc** apparet ſolutio ad id qd̄ q̄rebat Gal.
vbi ſupra dicēs. Sed cur magis inte
ſtina que groſſas feces continēt ex duabus cōſtent tuni
cis. chiſtis autē fellis ⁊ veſice que cōtinēt coleram ⁊ vri
nam mordaciores ⁊ acutiores magiſq̄ pungentes ipſis
groſſis fecibus: ex vnica tm̄ conſtent tunica: Cui reſpon
det Gal. dicēs. Nunc autē adhuc magis credibileꝫ puto
eſſe ſermonē oſtendentibus nobis q̄ iteſtinis quidē cō
trariſſime ſunt natura que cōfluunt colere: veſicaꝝ aūt
ei: que quidē in epate. ſ. chiſti fellis oīno familiaris ⁊ in
triſtabilis eſt: pancta. i. rubea colera. Alteri v̄o que vrinā
ſuſcipit raro aliquando fit triſtatiua multa ⁊ male mori
gerata: acetuata. vꝫ plurimum autē ei moderate ⁊ intri
ſtanter approximat. Cur autē modicum colere fecibus
permixte: ⁊ modicū humoris melācolici: qui prius pro
fluxerat ad os ſtomaci gratia cōcitādi appetituꝫ: poſtea
ad iteſtina deſcēdens magis contriſtent iteſtina q̄ pura
colera chiſtim fellis. Forte cauſa eſt: q2 inteſtina mollia
ſunt. chiſtis autē fellis duriſſima impreſſionē colere ru
bee tolerans ſine nocumēto: eo tm̄ modo quo declarabi
mus iferius in anathomia fellis: ⁊ in hoc adduci poteſt
exemplum: q2 fel extractum de vētre animalis plenum
colera in eo cōtenta longo tempore ſuſpēſuꝫ ſaluabitur:
ligatuq̄ nō corruptū neq̄ cōtaminatū. ADDITIO

**Aſſignabat** aūt Aui. cās ꝓpter q̄s iteſtina dua
bus tunicis fuerūt cōſtituta: Tū ne
in ſuba coꝝ ſimul penetret: ⁊ ibibaꝛ iterius ⁊ exteri⁹ cor
roſio penetrās ⁊ putrefactio: qbus iteſtina ꝑparata ſunt
propter duas coleras: ⁊ corruptos hūores q ad ea veluti
ad cloacā ꝯfluūt cū ſupfluitatibus: maxime qn̄ grauiter
ledūt. vt ḡ qn̄ vna ledi ̄r: alia non patiaꝛ: imo ꝑ eā opatio
ꝑfici poſſit duplici tunica ꝯſita ſunt iteſtina: ad ifallaciā
igiꝛ ⁊ vix paſſibilitatē diligētiā nō paruā: ⁊ ad iteſtioꝝ
cōmoditatē due tunice ꝓbēt: dicebat Gal. 4. de vti. par.
Indicāt aūt maxie diſinterice paſſiōes. Multis. n. de
niq̄ ⁊ multotiēs vidim⁹ male ſiml' ⁊ cronice egrotātib⁹
ꝑlimā iteſtinoꝝ putreſcere: ⁊ a multis partib⁹ totā itrin
ſecā deperire tunicā: attū vixerūt hi ⁊ euaſerūt: nō tm̄ ſa
narētur niſi ſcda eēt ſup corruptaꝫ tunicā: Tū ēt iō crea
te fuerūt tunice due iteſtioꝝ: q2 diuerſe ſunt eaꝝ opera
tiōes ⁊ act⁹ duaꝝ virtutū in illis exiſtētū: attractiōis. vꝫ.
⁊ digōnis in itriſeca tunica: expulſiōis v̄o magis in extri
ſeca ſm mētē Aui. Quis in h̄ diſſonet ipſe a Gal. q loco
vbi ſupra dicebat. Sicut ḡ vtroſq̄ hn̄s villos lōgitudia
les ⁊ latitudiales duab⁹ eguit tunicl ꝯrie hn̄tib⁹ adiuicē
iteſtioꝝ ſingulū vnā ſpēꝫ mot⁹ hn̄s. ſ. ꝓpulſiuā vnā: ⁊ tu
nice ſpēꝫ ad obliq̄s ⁊ rotūdos villos reſolubilē acq̄ſiuit.

¶ Ideo Gal. vltra huius 2ᵉ cāe duplicitatis tunicarū in
teſtinorum: quā aſſignabat Auicē. aliaꝫ docebat. videlꝫ
vt villi longitudiales vix paſſibiles reddāt: ⁊ ſimul cor
roborent latitudinales. querebat enim ibidem. Cur igi
tur tunice eorum due facte ſunt. ſiquideꝫ ſimilr ſe habꝫ
vtraq̄. ſuperflua eni videtur eſſe altera: ⁊ reſpondēs ait:
ſed non ſe habꝫ ſic. gratia enim fortitudinis excretiue. i.
expulſiue virtutis: ⁊ vix paſſibilitatis ipſoruꝫ organoꝝ.
iteſtinorum tunica duplex facta eſt. Et ad hui⁹ cōfirma
tionem ſubdebat Gal. Quibuſdaꝫ autem iteſtinorū ſu
perinaſcuntur quidē villi recti ſecundum longitudineꝫ
gratia vix paſſibilitatis obliquoꝝ. i. latitudinalium.

¶ Sic igitur Auicē. neceſſitatem duarum tunicarum re
ſoluebat in diuerſitatē duaruꝫ operationū: attractionis
. vꝫ. ⁊ expulſionis. vt. ſ. ſeparate ſint ⁊ diſtincte: vt ſit vin
cens in vna tunica attractio: in alia v̄o expulſio. Gal. aūt
gratia fortitudinis expulſiue: ⁊ vix paſſibilitatis ipſorū
organorum. Et ideꝫ Auerroys ⁊ Halyabbas. Hoc auteꝫ
maxime indicant diſintheriorum paſſiones.

¶ Alij autē dixere per vtrāq̄ tunicaꝫ perfici vtroſq̄ mo
tus attractio tamē magis per itrinſecam tunicam: ideo
q̄ in ea dicūt eſſe plures longitudinales villos q̄ in ex
trinſeca per quā minus perficitur attractio. nō enim ea
dē de cauſa permixti ſunt ⁊ confuſi villi in omnibus in
teſtinis: nam in iteſtino recto in tunica extriſeca ſunt lō
gitudiales villi ad ſuſtētandū ⁊ iuuādū latitudiales: ſi
cut volebat Gal. eſt. n. illud iteſtinū iter oīa pluris attra
ctionis: auctore Auic. q2 indiget attrahere fecem: ad qd̄
adiuuaꝛ ꝑ lōgitudiales: qb⁹ fit melior expellēdi cū expel
lēte ꝯiūctio: bonitate expſſiōis iuuādo expulſionē ei⁹.

¶ Cū paucitate ergo villoꝝ lōgitudinalium iobediens:
imo impotēs fuiſſet illud iteſtinum ad bonaꝫ expulſio
nem ⁊ expreſſionē. Utrum autē in iteſtinis ſit virtus at
tractiua: videbitur cōſequēter. TEXTVS

**Et tunice** quidē he qbus cōſtant iteſtina: lꝫ ſimi
les ſint ſubſtātie ſtomaci: in ſpiſſitudi
ne. vꝫ. ſiue denſitate ⁊ caliditate: tunica tamen ſupior ⁊
exterior eſt tenuior iferiore ⁊ iteriore. que ē illa exterio
re groſſior ⁊ dēſior: ⁊ ꝓſertim in iteſtinis groſſis: in qbus
fex icipit idurari ⁊ putreſieri: vt a nocumento ſe magis
tueātur: ⁊ alioꝝ humoꝝ ⁊ rerum per ipſa trāſcurrētiuꝫ.
Eſtq̄ magis carnoſa ⁊ minus neruoſa q̄ ſuba tunicaruꝫ
ſtomaci: auctore Gal. 4. de vtil. par. imo tela vtraq̄. vꝫ.
itrinſeca ⁊ extriſeca eſt ꝓpingſſima nature carnis: ſicut
dicit Gal. 6. de iuuamētis mēbroꝝ. ADDITIO

**Sunt** ꝓterea q ſubam iteſtinoꝝ alr diſtinguāt in par
tes tres ꝯſideratiōe diuerſitatis: q̄rū ſi eis con
tingat abraſio fiūt modi diuerſi alcurati ⁊ abraſiōis. q̄
rū ꝑmā dicūt muſcoſitatē q̄ndā: imo veri⁹ vnctuoſitatē
ſiue pinguedinē: nō qdē vt dicūt adherentē ſupficiei i
trinſece iteſtinoꝝ: q2 anathōia oñdit ſupficiē iteſtinoꝝ
itriſecā eē terſaꝫ: lenē politā; neq̄ alr eſt eā inenire: imo
talis piguedo ipediret trāſitū fecū: ſed vt aiūt vnctuoſi
tas illa ⁊ mucoſitas eſt itrinſeca tunicis iteſtinoꝝ ꝯphē
ſa iter villū ⁊ villū. Sed qcqd iſti opinētur: Auic. tm̄ ad
mittit in iteriori tunica iteſtinoꝝ adiacere pinguedinē
aliquā. Auer. quoq̄ idē: q ſup tunicā iteriorē iteſtinorū
dicit adeſſe viſcoſitateꝫ adherētē parietib⁹ coꝝ. ꝓter tū
illā circa tunicā itrinſecā iteſtinoꝝ groſſoꝝ adeſt pigue
do quā diximus: vt reſiſtāt feci que ꝑ ea trāſit: q̄ eſt nāe
magis horribilis: eo q̄ ipſa decidiꝛ a ſuba cibi magis i
epta nutricatiōi ꝓpter ſuctionē que ꝓterijt in gracilib⁹
iteſtinoꝝ. Pars aūt ſcda vt dicūt eſt tunica iteſtinoꝝ ꝑ
ma itrinſeca: ⁊ ſcda extriſeca: q̄ oēs ſunt in ſūma hui⁹ par
tis 2ᵉ ita ab illis conſiderate. Pars v̄o 3ᵃ eſt iteſtinorum
ſuba ꝓfundior mediās iter has: ⁊ hec qdeꝫ ſilis carni vi
deꝛ. de q̄ erat ſermo Hyp. 4ᵃ particu. affoꝝ. cū dicebat.
A diſintheria iam habito vt iteſtinorum carnes egeran
tur mortale. TEXTVS

**In qualibet** auteꝫ tunica iteſtinorum ſunt vil
li: plures tamen latitudinales pro
pter texturā vniuſcuiuſq̄ illarum tunicarū eſſe tēdentē
in latitudinē ita vt vincāt in qualibet earuꝫ villi latitu
dinales famulantes virtuti expulſiue coꝝ: gratia cuius
ꝓncipaliter ſunt: ⁊ propterea hi villi qbus quelibet tuni
ca iteſtinoꝝ reſperſa eſt: plures ſunt villis lōgitudinali
bus. Longitudinales autem villi ⁊ tranſuerſales adin
uicem ſunt permixti ⁊ confuſi in vna tunica inteſtino
rum magis q̄ in alia: ⁊ hoc ad maiorem latitudinaliuꝫ
fortitudinem. Periculum enim erat euelli ab inuicem
obliquos. ideſt latitudinales villos: ſi non continua
rentur ab extra alicui veluti ab aliqua ligatura: dicebat

Galie. vbi ſupra. ⁊ hac de cauſa magna eſt eorum quantitas in inteſtino recto. in tunica tamen extrinſeca inteſtinorum pauci ſunt locati villi tranſuerſales: quia modica eſt virtus retentiua inteſtinorum: imo adiuuantur inteſtina ad retinendum ſuis reuolutionibus: auctore Galo.

ADDITIO

**Quibus villis** contexte ſint tunice inteſtinorum: ⁊ quem ſitum poſſideāt in eis: eſt iter ſapientes diſcordia. Auicē. enim prima ꝑmi. ſermone ſatis ambiguo dicebat. Melius eſt ꝙ villi attrahendi ſint ſimul niſi in īteſtinis: neq̄ꝫ declarat an ambo he maneries villorum ſint in illis tunicis: neq̄ꝫ quomodo in eis ſint. Subdebat autem. non enim multa indigent retentione. ſ. ipſa īteſtina: ſed attractione ⁊ expulſione: de tranſuerſalibus nihil dicens. Gal. tamen q̄nto de iuuamētis membroꝝ: dicebat. ꝙ quia īteſtina non indigent virtute attractiua: habuerunt fila per que poſſent expellere tm̄. Amplius in. 3. libro de virtutibus naturalibus dicebat. Unicuiq̄ꝫ quidem īteſtinoꝝ rotundi ſecundum alterutram tunicarum villi ſunt. circūtrahuntur enim ſolum. attrahunt autē nihil. Et. 4. de vtil. particu. cap. xi. omnes excretiuas ⁊ propulſiuas nominatas virtutes obliquorum villorū motus monſtrati ſunt facere: ſicut attractiuas rectoꝝ: ſicut igitur vēter. i. ſtomacus vtraſq̄ꝫ habens duabus eguit tunicis contrarie habētibus ad inuicem: ita ⁊ inteſtinorum ſingulū vnaꝫ ſpeciem motus habēs. ſ. propulſiuam vnam ⁊ tunice ſpeciem ad obliquos ⁊ rotundos villos reſolubilem acquiſiuit. Cur itaq̄ꝫ tunice eorum due facte ſunt: ſiquideꝫ ſimiliter ſe habeat vtraq̄ꝫ: ſuperflua enim videtur eſſe altera: ſed non ſe habꝫ ſic. Gratia enim fortitudinis excretiue virtutis: ⁊ vix paſſibilitatis ipſorum organorum: inteſtinorum tunica duplex facta eſt: ſicut enim in ventre manere plurimuꝫ: vt certitudinaliter digererentur melius fuit cibaria: Ita hic non manere. ſ. in īteſtinis. in eo enim ꝙ feruntur per longam viā ⁊ ſtrictam: diligenter ſiml̄ ⁊ cito que ex eis ad epar adenoſa anadoſis. i. diſtributio facta eſt. q̄nto quoq̄ꝫ de vtil. particu. cap. x. dicebat Gal. Intrinſece vero tunice que corpora ipſarum particularum conſtituunt: in ventre quidem ⁊ ſtomaco due rotundos quidem villos eos qui extra. rectos autē intrinſecos habuerunt: Tunice vero inteſtinorum trāſuerſos vtroſq̄ꝫ ad circulum certitudinaliter ductos. Viſus eſt itaq̄ꝫ Gal. velle inteſtina non habere villos longitudiales quibus attrahant: nec tranſuerſales quibus retineant: Lꝫ habeant latitudinales quibus expellunt qꝺ in ſe eſt: ita ꝙ vtraq̄ꝫ tunica inteſtinorum eſt reſperſa villis latitudinalibus expulſiuis ſolis: ⁊ ſic vna iuuat aliam in expulſione: Cui conſentit etiam Auerroys primo colliget dicens inteſtina compoſita eſſe ex duabꝰ tunicis habentibus texturam tendentem in latitudinem ſolum. Et in. 3. colliget dicebat: ⁊ ꝓpterea fuerūt ſue tunice euntes per latitudinem: ſed virtus attractiua non eſt manifeſta in eis: ꝓpterea ꝙ non habent tunicā vnaꝫ in longitudinem. Auicē. autēꝫ aliter ſentire videtur prima primi dicens. Nō enim indigent inteſtina multa retētione: ſed attractione ⁊ expulſione. ⁊. 16. tertij dicebat. Uincēs ſuper duas tunicas inteſtini eſt villus vadens in latitudinem: non tamen ſunt hi villi ita ſeiuncti: ſicut in matrice: ſed in vnaquaq̄ꝫ mixti tunica: non tamē propter hoc ſuperfluit altera tunicarum: quoniaꝫ gratia fortitudinis expulſiue virtutis: ⁊ vix paſſibilitatis ipſoruꝫ organorum inteſtinoꝝ tunica duplex facta eſt: vt diximus: verum in inteſtino recto iam apparent villi multi longi: quoniaꝫ eſt ex inteſtinis maioris operationis indigens ad attrahenduꝫ illud qꝺ eſt ſupra ipſuꝫ. Et. 13. de animalibus dicebat. Sicut yſophagus eſt ad attrahēdū aliquid a ſtomaco: ita iſtud inteſtinum eſt ad attrahendū a ſtomaco. Sic itaq̄ꝫ videt̄ Auicē. velle villos longitudinales attractionis gratia in eſſe inteſtinis: ⁊ in tunica intrinſeca. Gal. autem ea habere ſolum villos latitudinales ſiue rotūdos pro expulſione. Neq̄ꝫ obſtat qꝺ dicebat ipſe 4° de vtili. particul. in recto videlꝫ inteſtino eſſe villos aliquos notabiles longitudinales: quia non facti ſunt hi ad attrahendum: ſed propter cauſam quam dicemus in anathomia inteſtini recti.

¶ Galieno itaq̄ꝫ credēdū eſt: cui tm̄ Auic. nō ꝯdicit: nā lꝫ in inteſtinis ſit vis aliqua retinendi chilum ⁊ feces: non tamen eſt per villos tranſuerſales: ſed per reuolutiones inteſtinorum: quibus fit cibi retentio quoad ſit digeſtꝰ: ⁊ ſufficienter epati per meſeraicas diſtributus. ita docēte etiam Galo quarto de vtil. particul. cap. xi. prout adducemus in his que deinceps. Excipitur tamen in hoc pars extrema inteſtini recti. i. anus ſiue ficteris. in qua fortis eſt virtus retētiua: ita per villos: ſicut per muſculos. id vero omne qꝺ diximus de virtute retentiua inteſtinorum per reuolutiones ⁊ non per villos: audiatur de retentiua cōmuni que eſt in illis reſpectu. ſ. chili ⁊ fecū: non autem de propria reſpectu ſanguinis quo inteſtina nutriuntur. Poteſt etiam pro concordia Gal. ⁊ Auicē. dici inteſtinis ineſſe paucos aut nullos villos lōgitudinales reſpectu latitudinaliuꝫ: ⁊ hi pauci longitudinales in inteſtinis contexti nō ſolꝫ attractiue famulantur: que in inteſtinis eſt debilis: ſed interduꝫ remittunt aliquid de violentia virtutis expulſiue: Ita enim docebat Gal. quarto de vtil. particu. cum dicebat. quibuſdam inteſtinorum ſubinaſcuntur quidam villi recti ſecundum longitudinem gratia vix paſſibilitatis obliquorum: quocirca in animalibus ſubtiles habentibus inteſtinorum tunicas: aut actus fortiores hoc ineſt maxime. periculum enim erat euelli obliquos abinuicem: ſi non continerentur ab extra a rectis velut ab aliqua ligatura: ꝓpter hoc autem ſecūdum rectum inteſtinuꝫ tales. ſ. plurimi ſunt: quoniam multis ⁊ duris ſuperfluitatibus ſicci cibi aggregatis ſibi violenter circumtrahi tunicas que ſunt ibi notorium fuit: extrorſuꝫ igitur eis ſuperappoſite ſunt ligationes recti quidaꝫ villi. Facta ergo fuit in inteſtinis cōmixtio latitudinalium villorum cum longitudinalibus ad latitudinalium robur ⁊ fortitudinem maiorem: ⁊ hac de cauſa magna eſt eorum quantitas in inteſtino recto: ſicut diximus. Utrum autem virtus aliqua retentiua ſit in inteſtinis: cum de iuuamento inteſtinoꝝ dicemus determinabitur.

TEXTVS

**Amplius** inteſtinis: lꝫ ſint mēbra exanguia: adherent vene: a vena que dicitur porta venientes: prebentes illis nutrimentum: ⁊ artarie ab artaria aborti originem habentes: ferētes illis ſpirituꝫ ⁊ calorem ⁊ virtutem vitaleꝫ: ⁊ nerui explantati a 3° vel 4° pari neruorum ortorum a cerebro īmediate: ſicut dicemus in fine anathomie inteſtinorum: ad dandum illis ſenſuꝫ: qui nerui plures ſunt q̄ꝫ qui epati implantantur. oportuit enim pluri ſenſu inteſtina repellere plura nocētia illis occurrentia q̄ꝫ epati. Omnibus preterea inteſtinis īſerte ſunt vene meſeraice: lꝫ plures vni q̄ꝫ alteri ad ſugendum qꝺ in vnoquoq̄ꝫ eorum chiloſatū eſt.

**Complexio** inteſtinoꝝ eſt frigida ⁊ ſicca. ſunt enim vt diximus exāguia membra ⁊ pannicularia: lꝫ a corporibus inteſtinis circūuoluentibus ⁊ adiacentibus refrāgantur in ſuis q̄litatibus.

**Figurantur** figura concaua rotunda cum āfractibus orbibuſq̄ꝫ pluribꝰ in homine animali ad cibi deſiderium continentiori: Auctore

Ariſto.ſcđo de hyſtorijs.ſicut etiam in alijs conſimilibꝰ .ſ.continentioribus.ſuo enim in aluo laxiores ſinuſ non habent:ſꝫ anfractus orbeſqꝫ plures continent:nec recto inteſtino vtuntur.laxitas enim inteſtini auiditatem auget cibi.rectitudo autẽ accelerat. In partibus preterea inteſtinorum variatur figura: nam maiora animalium numero arctius habent inteſtinum parte ſuperiore: laxius inferiore.ꝛ quibus animalibus inteſtinum non directum his omnibus amplius tendit.quibuſdam autẽ alijs in ea parte qua ſtomaco continuantur inteſtina laxiora ſunt:dicebat Ariſto.3.de partibus animalium. in qua vero deſinunt arctiora: ꝙobrem canes vehementi nixu: nec ſine cruciatu eaꝫ partem leuant excremento. Rotunditas autem inteſtinis data fuit:tum vt capaciora eſſent:tum etiam vt tuerentur a nociuis: tum etiã vt diutius contentum ſeruarent: vt melius fieret ſuctio iuuantioris partis a venis meſaraicis.

**Quantitate** inteſtina humana.lꝫ non ſint tanta quanta eſt ea que iteſtinorum animaliũ non vtrinqꝫ dẽtatorum: quorũ maiora ꝛ auctiora ſunt inteſtina: ſicut etiam maiora ſunt in animalibus que corpore ſunt maiora. Attamẽ hominis iteſtina ſunt ceteris partibus corporis longiora. In homine nãqꝫ cuꝫ ad iuſta incremẽta peruenerit:quia iteſtinorum quantitas eſt tripla reſpectu longitudinis totius corporis:cuiꝰ ſunt iteſtina: Ideo inuenitur illorum longitudo cubitorum nouem:cubitum audiẽdo pro menſura duorũ palmorum:ꝛ ſunt brachia circiter.14.artiora parte ſuperiore:laxiora vero iferiore.

ADDITIO

**Ideo iteſtina** animalium nõ vtrinqꝫ dentatorum.i.ruminantium ſunt quantitate maiora ꝙ̃ in alijs:quia eorum cibus eſt ſiccus: nõ maſticatus:quare denuo remanet maſticandus.eſt enĩ neceſſaria illis multiplicata digeſtio.ideoqꝫ ꝛ hñt multos ventres.hoc autẽ ideo quia habẽt cornua: camello excepto:ꝛ ex illo carẽt dentibus in ſuperiori mandibula:auctore Auic.in libro de animalibus.ſunt enim certe maiora omnia inteſtina in animalibus nõ vtrinqꝫ dentatis:nec imerito. dicebat Ariſ.2.de hyſtorijs.nam ipſa ita dentata omnia ſunt auctiora.pauca enim eo in genere habentia admodum paruũ inter cornigera nullũ eſt.

TEXTVS

**Numero** inteſtina diſtinguunt anathomici ſenario.ꝛ eſt hec iteſtinorũ multitudo vna in omnibus habentibus ſanguinẽ.agreſtia ſint ſiue aq̃tica:auctore Alberto: lꝫ tñ vnum ſit inteſtinum continuum:non plura diſcontinua.ſunt autẽ ſex inteſtina forma ꝛ orificijs ita numero ſex variata:quibus diſtinguũtur:quorum cathalogum ꝛ cõnumerationeꝫ aſſignabat Gal.4.de vtil.particu. Primum quidem poſt ventrem .i.ſtomacum eſt ephiſis.i. puentus ꝛ deſinentia ꝛ terminatio ꝛ caput omnium aliorum inteſtinorum.hoc eſt inteſtinum illud qđ dicitur ianitor portenarium ꝛ duodenum.ſecundũ inteſtinorum dicitur ieiunũ.tertium dicitur iteſtinum ſubtile ſiue gracile. quartum dicitur cecũ ſiue orbum.quintũ dicitur colon.ſextum dicitur rectuꝫ iteſtinum:in cuius orificio iferiori ſunt muſculi ſtringẽtes ꝛ ſuperflua fecalia retinentes:quorũ in anathomia ani fiet oſtẽſio.

ADDITIO

**Inteſtinorum** diuerſitatem medici accuratiꝰ conſiderauerunt ſm̃ diuerſitatem actuum ꝛ iuuamẽtum eorum diſtinguẽtes ꝛ numerantes ea cum multitudine inuolutionũ ꝛ reuolutionũ precipue Gal. Raſis: Halyabbas:ꝛ Auicẽ. iuuamentũ autem pluralitatis inteſtinorum aſſignabat Auicẽ. his verbis.Creator ſublimis deus ꝑpter premiſſionem ſue ſapiẽtie:ꝛ benigne ordinationis in miro artificio.ſ.plaſmationis hominis ꝛ anteceſſione ſue ſcientie ſiue prudẽtie ipſius in vtilitatibus ꝛ cõmodis hominis creauit inteſtina plurium numerorum:ꝛ plurium inuolutionũ ꝛ reuolutionum:non tamen omnia inteſtina ita fuerunt reuolutiones habentia:quia neqꝫ duodenum neqꝫ monoculus:neue inteſtinum rectum. Multitudo autẽ inuolutionum inteſtinorum inter ſtomacum ꝛ anum: ꝛ ꝙ non ſint omnia inteſtinum vnum extenſum ad anum a ſtomaco ſignificat manifeſte ꝙ hoc non fiat:niſi vt mora cibi ſit longior:ꝛ ꝙ exitus eius nõ foret feſtinus a corpore animalium:quare indigerent continua acceptione cibi neceſſario:ꝛ continuatione acceptionis eſſet continuatio in fecibus foras egrediens:ꝛ quãuis hoc inueniatur in quibuſdam animalibus.ſ.ꝙ non ceſſent nũꝙ̃ a comeſtione.tamẽ homo:quia nobilior eſt:vt non dimitteret ſuas nobiles operationes propter receptionem cibi: cuꝫ ſit diſtinguẽs ꝛ operans res: auferebatur hoc ab eo: ꝛ auferebatur hoc etiaꝫ a magnis animalibus : ex quibꝰ eſt vſus:ſeu ſeruitium hominum:ne eſſent ocioſa ab homine propter indigentiam eoꝝ in multiplicatione continuationis iſtorum duorum;puta comeſtiõis ꝛ egeſtionis:dicebat Gal.5.de iuuamentis membrorum. vt ergo eſſet cibo deſcendenti ex ſtomaco mora conueniens in illis inuolutionibus ꝛ reuolutionibus creata fuerũt inteſtina plurium numerorum ꝛ inuolutionum ꝛ reuolutionum:nam ſi creaſſet loco inteſtinorum vnum inteſtinum aut breuis quantitatis:ſepararetur cibus velocior a ventre:ꝛ eſſet neceſſarium homini hora omni ſumere cibum ſecundum continuationẽ: ꝛ ſequeretur illud continuatio egrẽdi ꝛ ſurgendi ad neceſſaria: ꝛ eſſet ex vno eorum in preoccupatione laborioſa a negocio ſuo in neceſſitatibus vite ſue:ꝛ ex ſecũdo in nocumẽto plurimo: ꝛ eſſet donatus malitia ꝛ ſimilis beſtiaruꝫ:dicebat Auicẽna a Galieno edoctus.

**Situ iteſtinorũ** natura a ventre poſita eſt .ſ. in inferiori ventre in omnibus animalibus:auctore Ariſto.3.de partibus animalium.in homine tamen omento ſunt contecta.

TEXTVS

**Colligantiam** ꝛ coniunctioneꝫ:quãuis nullũ inteſtinorum habeat cũ muſculo illis.ſ.intrinſeco:vel qui eorum aliquod circũuoluat imediate:lꝫ etiam nulli eorum correſpõdeat via aliqua nutrimenti:niſi due viarum extremitates. gule videlꝫ in ſuperioribus:ꝛ longaonis.i.inteſtini recti in imo inteſtinorum: ventri tamen.i.ſtomaco inteſtinum annexũ eſt:dicebat Ariſto. vbi ſupra:ꝛ colligantur cuꝫ dorſo mediante meſenthereo.ligamentis nãqꝫ fortiter ſtringentibus ſiue ſtricte tenentibus ea ligata ſunt inteſtina cũ dorſo:auctore Auicen. ne.ſ. vagentur hincinde comprimentia alia membra interiora. conſtrictio tamen ligature eorum cum dorſo variatur ſecundum exigentiam ſuorum ſituum.que enim eorum prope epar vel ſpleneꝫ poſita ſunt indiguerunt ligamẽtis magis ſtringentibꝰ: ꝛ illa etiam que ſtomaco aut dyaphragmati propinqua ſunt:ne membra hec opprimant.que vero in vilioribus locis non tam vehementer continuantur:omnia tamen ea continet ꝛ ſtringit ſyphac panniculus.

ADDITIO

**Auicenna** in libro ſuo de animalibus auctor eſt inteſtina elefantis habere maiorem coniunctionem ad ſeinuicem per reuolutionẽ: ꝛ omnia iſta eſſe quaſi vnum inteſtinum:ꝛ illud inteſtinuꝫ eſſe loco ſtomaci. vnde poſt illud non eſt niſi vnum inteſtinũ qđ eycit.

TEXTVS

**Quoniam** demonſtatum eſt nõ poſſe īueniri vtilitatem. i. iuuamētū particule anteq̃ actus noſcantur: ſicut dicebat Gal. 3. de vtili. particu. cap. 16. Ideo prius actus ⁊ operationes inteſtinorum memorantes: ad vtilitates ⁊ iuuamenta mox tranſeamus. Sunt autem iteſtinorum operationes quatuor naturales virtutibus quatuor cõmunibus reſpectu chili ⁊ fecum correſpõdētes. ſic eniȝ de his loquimur in preſenti: non autē de proprijs reſpectu ſanguinis: quibus nutriunt̄: quarum operationum pma inter miniſtrantes vincens principaliter in iteſtinis eſt expulſio: tāq̃ omnibus fortior. non tamē omnino abſoluūtur iteſtina ab alijs operationibus naturalibus famulantibus. attrahunt enim ⁊ retinēt ⁊ digerunt omnia quouis modo: ſed tamē poſt expulſionem vincentem in illis: ⁊ alijs potentior: debilis tamen reſpectu expulſiue: eſt alia. ſ. retentio: eo q̄ in eis eſt digeſtio ad quā neceſſaria eſt aliqua retentio. reſiduum nāq̃ cibi a ſtomaco ad inteſtina deſcēdentis decoquitur ⁊ digeritur in tranſitu eius ad inteſtina: ſicut ſanguis decoquitur ⁊ digeritur in venis: dicebat Galie. quinto de iuuamentis membrorum. Amplius qḋ inteſtinis inſit virtus retentiua euidens fit: quia egeſtiõis frequētia. i. fluxus humoralis contingit: aut virtutis defectiõe: aut cõtentiue: aut cā punctionis iteſtinoruȝ: auctore Galo. 6. de accidenti ⁊ morbo. debilis tamen eſt hec retentio vt diximus. cuius eſt chiloſitatem cibi tādiu retinere quoad fiat ſuctio purioris partis eius ab epate ꝑ venas meſeraicas dictas: ⁊ quouſq̃ feculēta cibi pars naturaȝ non ↄtriſtet. ſed accidat ea illis voluptuari. Nā fecibus inteſtina voluptuātur: cui⁹ ſignum eſt continuo aliquid fecis in inteſtinis retineri. Statuit eniȝ natura voluptuationē quādā inter membra ſupfluitatuȝ ſuſceptiua: ⁊ ſuperfluitates ipſas ꝓpter quā vel membra illa eas attrahunt: vel ſaltē naturali quodā iſtinctu: quo oīa bonū totius ⁊ cõmune appetunt: quo quidē ductu naturali videmus etiā manum ſeipſam ꝓbere amputandaȝ pro ſalute totius corporis. ſicut ergo veſice ⁊ renibus familiaris eſt vrina q̃ voluptuāt̄: chiſti fellis colera: ſpleni melancolia: ſupfluitatibus epatis: quibus mēbris he ſupfluitates ſunt ita delectabiles ſicut hominū egeſtio canibus eſt delectabiliſſima: auctore Galo. 3. virtutū naturaliū: ita feces inteſtinis: nā obiectum iteſtinis ꝓportionatū ſunt feces: Ideo autē debilis eſt inteſtinoruȝ attractiua reſpectu expulſiue: q2 virtus expulſiua ſtomaci ⁊ grauitas mãe corpulēte deſcendētis: ⁊ poſitio inteſtinorum in loco decliuiori: quaſi ſufficere videtur pro deſcēſu materie ad inteſtina. Ineſt pterea iteſtinis digeſtiua opatio: tum ꝓpria que imediate imutatiue ſiue nutritiue eorum famulatur: ⁊ in hoc cõmunicat omnib⁹ alijs mēbris que vegetantur: tum ēt pter hanc digerunt inteſtina: qḋ impfecte elaboratū eſt a ſtomaco illud cõplentia digeſtione quadā cõmuni. ſunt eniȝ inteſtina mēbra quorum opatio eſt cõmunis pro totius corporis cõmodo. Talis autē eſt eorum ꝓportio ad ſtomacū in digerēdo chilū qualis venaꝝ ad epar in ſanguificando: dicēte Galo. 4. de vtil. particu. ca. 11. ſicut igitur venas anadoſeos. i. diſtributionis organa faciēs virtutē impoſuit eis natura ſanguis gnātiuam: vt non pereat in vanum allationis tēpus: que fit ꝑ eas: ſm eandē rationeȝ ⁊ iteſtinis anadoſis. i. diſtributiõis gratia que ad venas factis virtus q̄dam ieſt digeſtiua ciboruȝ. Hec tamē digeſtio magis viget in gracilibus iteſtinorum: q̃ in groſſiorib⁹: auctore Auic. Opatio autē attractiua partis chili a ſtomaco ⁊ iferiorum iteſtinorum a ſupioribus comparatione aliarum opationū famulantium: quas diximus: ē debilior: de qua dicebat Auerroys. 2. colliget. in iteſtinis virtus attractiua non eſt manifeſta: ꝓpterea q̄ non habēt tunicā vnam in longitudinē. Auicē. quoq̃ comparās attractionē iteſtinorum expulſiue earundē. pma pmi dicebat iteſtina plurima idigere attractione ⁊ expulſione. ſ. reſpectu retētiõis. ⁊ ſubdebat. ſtomaco ⁊ iteſtinis neceſſarie ſunt attractio ⁊ expulſio motu vehemēti.

ADDITIO

**Quod ſi** Gal. 4. de vtil. particu. dicat omnia iteſtina vnā ſpēm motus habere. ſ. ꝓpulſiuam: Id audiēdū eſt pncipaliter. Nam pter eum expellendi ⁊ attrahēdi motuȝ: habēt etiā iteſtinorum tunice: ⁊ ꝓpter hoc duas villoꝝ ſpēs: longitudinaliuȝ. vȝ. attractiõis: latitudinaliuȝ autē: quos Gal. vocabat obliquos: expulſionis iteſtinorū duces. ſunt qui dicant ea habere cum paucitate quorundā tranſuerſaliū: quoruȝ vſus eſt pro retētione: ⁊ videtur mens Gal. vbi ſupra. q2 tamē officium expellēdi vicit id qḋ eſt attrahēdi: ideo iteſtinis dicit̄ cõmuniter ineſſe ſolū villos latitudiales. Et pauci hi villi qui in iteſtinis reperiuntur longitudiales nõ ſolum attractiõi famulātur: imo iterdum remittunt aliquid de violētia virtutis expulſiue: vt diximus: ꝓpter qḋ dicebat Gal. vbi ſupra. Quibuſdaȝ autē iteſtinorum ſubinaſcūtur quidam villi recti ſm longitudinē gratia vix paſſibilitatis obliquoꝝ: quocirca ⁊ animalib⁹ ſubtiles habētibus iteſtinorum tunicas: aut actus fortiores. hoc ieſt maxime. periculū enim erat euelli obliquos ab inuicē ſi non continerētur ab extra a rectis: velut ab aliqua ligatura. Propter hoc autē ſm rectum iteſtinuȝ hitales plurimi ſunt: quoniā multis ⁊ duris ſuperfluitatibus ſicci cibi aggregati ibi violēter circūtrahi tunicas que ſunt ibi notorium fuit. extrorſuȝ igitur eis ſuperappoſite ſunt ligationes recti quidam villi.

❡ Retētio vero iteſtinorum. ſ. cõmunis reſpectu chili ⁊ fecū: vel complet̄ pro paucis villis tranſuerſalibus: vel non fit per villos tranſuerſales: ſed per reuolutiones iteſtinorum: quib⁹ retinetur cibus donec ſit digeſtus: ⁊ ſufficiēter epati diſtributus per meſeraicas. Ita eniȝ docebat Gal. vbi ſupra. dicēs. Inteſtinorum itaq̃ reuolutiones monſtrate ſunt facte: vt totus cibus digeſtus diligēter anadoſetur. i. diſtribuatur. Quibuſcūq̃ igit̄ animalium non ſunt circūuolutiones: ſed hūt ſimpliciter vſq̃ ad anum: a vētre. i. ſtomaco extenſum iteſtinum ingluuioſa ſunt ⁊ guloſa: ⁊ continuo attenta cibo: ſicut plante: nihil autē prohibet hanc retētiuaȝ inteſtinorum imperfectam villis non compleri: quāuis oīs motus nutrimēti per villos in corpore compleatur: complet⁹ ⁊ perfect⁹. Excipitur autē ab hac veritate pars extrema iteſtini recti: cuius operatio retētiua fortis eſt valde. non quideȝ virtute reuolutionum: ſed villorum ⁊ muſculorum vigore illi famulantium. ❡ Retētio tamē fecum in iteſtinis ſoli virtuti naturali non eſt cõmiſſa. Alias fieret earum exitus quotiēſcūq̃ natura peteret. ⁊ ſic vita hominis eſſet aphiloſophans ⁊ amuſa. i. ſine phīa: ⁊ ſine decētia ⁊ decore: ⁊ nõ vacans optimis. Sed huic operationi preeſt virtus retētiua voluntaria. Digeſtiue auteȝ inteſtinorum nullus muſculus cõmiſſus eſt cum ipſa potius quieti q̃ motui aſſimiletur.

TEXTUS

**Iuuant itaq̃** inteſtina ſuis operationibus dictis: vt cibum ingeſtum recipere: ⁊ euaporatum excere poſſint: auctore Ariſtotele. 3. de partibus animaliuȝ. neq̃ eundem locum eſſe cibi concocti ⁊ excrementi neceſſe eſt. cõceptaculū etiam eſſe in quo cibus mittere oportet. pars enim alia cibum ingeſtum complecti: alia excremētum: materiāq̃ ſupuacuaȝ capere dȝ: quaꝝ actionū: vt tēps diuerſuȝ eſt: ſic loca diuerſa etiā hēri nec̄e eſt:

ſm tamen Gal: vbi ſupra. Neqꝫ gratia latiõis ſuperfluitatum ad id qđ extra: neqꝫ digeſtionis iuuamẽtum preſtãt iteſtina: ſed vt totum qđ chiloſatũ eſt in ventre reaſſumatur ad venas ipſa ꝑparata ſunt. qđ quidẽ patꝫ: tum p̃mo: quia in nullo animaliũ venter. i. ſtomacus conſtructus eſt tangẽs organa quibus egerit. Tum etiã qꝛ multe inteſtinorũ inuolutiones in pluribus animaliũ facte ſunt: Tum etiã quia non emittitur de vẽtre cibus faciliter: niſi digeratur: demonſtratũ enĩ eſt: ⁊ hoc vtiqꝫ. ſ. nõ copulari ano ventreꝫ animalium: ⁊ indicat aperte alterum quidẽ oportere eſſe organũ digeſtionis ciborioꝝ. Alterum autem anadoſeos. i. diſtributionis.

¶ Amplius iuuamẽtũ preſtant inteſtina quatenus ſunt receptiua ⁊ contẽtiua iuuatiui ⁊ nocitiui. Adiuuãt eniꝫ ad cõplẽdã digeſtionẽ p̃mã: ⁊ ad id qđ ab ea ſupfluit exciẽdũ: ⁊ retinẽt ne cito deſcẽdat qđ digeſtũ eſt in ſtõaco.

¶ Et oĩno iteſtina ideo fuerunt neceſſaria vt digeſtus cibus in ſtõaco mitteret̃ ad ea: dicebat Halyabbas vt in eis ſugeret̃ eius clara ⁊ munda ſuccoſitas: ⁊ ad epar mitteret̃ per venas meſeraicas ad iteſtina veniẽtes a vena porta: qm̃ non eſt lõge a vẽtre iteſtinoꝝ ſubſtãtia: ⁊ gratia hui⁹ creata fuerunt iteſtina reuolutiões habentia. ſi enĩ ab eis cito nutrimẽtũ trãſiret opus eẽt hoĩem continuo vel cibũ aſſumere: vel continuo aſcellare: quoꝝ ſingulũ ⁊ ĩpediret: ⁊ non deceret. ſic enĩ fieret hõ aphiloſophans: ⁊ amuſa: ⁊ nõ vacans optimis: ſicut diximꝰ de intẽtione Ga. 7. de vtil. par. ⁊ ita eẽt homo ad iſtar bellue: ꝑpter qđ etiã videmꝰ aĩalia paruã reuolutionẽ iteſtinorum hñtia eẽ guloſa: auctore Ar.

ADDITIO

**Inteſtinis** accidere põt oĩs malitia ꝑprietatis ⁊ cõmunitatis cõplexionis ⁊ ꝯpoſitionis ſimplicis ⁊ cõpoſite: ⁊ ſolute cõtinuitatis. Ampliꝰ ⁊ egritudines cõmunes: vt ſunt apata tã in groſſiorib⁹ iteſtinis qꝫ in gracilib⁹ ſimilr̃ dolores: rugitus: tortiões: inflationes: vẽtoſitates: Leduntur quoqꝫ plerũqꝫ inteſtina ex eo qđ ab eis egreditur ꝑter nãm: ⁊ ab his que in eis generãtur: vt ſunt vmes. Egritudines vo cõmunitatis facile eueniũt iteſtinis: eo ꝙ ad ipſa veluti ad cloacã defluunt ſupfluitates corporis vniuerſi ad que oẽs corporis particule expellere poſſunt: p̃ſertim tñ iteſtina ſuperiora ⁊ gracilia epati ⁊ ſtõaco ⁊ ſupiorib⁹ mẽbris compatiũtur: magiſqꝫ ab illis parata ſunt ledi ab extriſecis aſſumptis per viã oris. groſſiora vo renibus magis ⁊ veſice cõpatiunt̃ atqꝫ matrici: magiſqꝫ ydonea ſunt pati ab his que ꝑ iferius imittũtur: ⁊ a frigiditate extremitatũ ſicut pedũ. Accñtia ꝑterea iteſtinis eueniẽtia ſunt ſꝫ leſionẽ virtutis: aut expulſiue: auctore Auerroy. 3. colliget: ſicut colica ⁊ yliaca ꝑuatione aut diminutiõe opationis eius. Aut augeť eius opatio ⁊ fit fluxꝰ: aut retẽtiue ſi augeat̃ aut debilitet̃: ſi ſtercus non trahat morã cõuenientem in iteſtinis. Cũqꝫ debilitat̃ retẽtio fit ſpẽs vna fluxus q̃ dr̃ tẽpeſtinior exitus qꝫ dꝫ. ſicut quãdo eiꝰ aufert̃ opatio fit ſpẽs fluxus que lubricitas iteſtinoꝝ dr̃.

TEXTVS

¶ Anathomia inteſtinorum groſſorum.

**Subſtantia** hoꝝ iteſtinoꝝ groſſitiem ⁊ ſpiſſitudinẽ cõſequitur a tunicis eoꝝ ꝯſimilr̃ diſpoſitis: ⁊ in hoc differũt ab iteſtinis dictis gracilibus. Eſt quoqꝫ eoꝝ ſubſtãtia itrinſecus magis pinguis qꝫ ipſoꝝ graciliũ vt reſiſtere queãt duritiei fecũ: que nõ ob aliud in eis idurãtur: atqꝫ hincinde labẽtes reuoluũtur: niſi ꝑpter eaꝝ multitudinẽ magnaꝫ: ⁊ cõculcationẽ forteꝫ earũ in eis: ⁊ morã ſupfluam: quare neqꝫ ſm nãe curſum putreſcũt groſſe cibi feces: niſi duꝫ in iteſtinis groſſiorib⁹ icipiũt putreſcere: ⁊ aliquẽ in eis fetorẽ acqrere.

**Subſtantia** enĩ eoꝝ eſt pauci caloris inati cum plurima humiditate in eoꝝ iterioribus: Neqꝫ eſt in eis magna nãe diligẽtia ad vlteriorẽ in eis fecũ elaborationẽ ⁊ digõnem: qꝫ magis congruit expellere qꝫ vlteriori cõcoctione digerere. p̃ſertiꝫ qꝛ qđ ſtercoroſum eſt ſimplici⁹ in his groſſiorib⁹ iteſtinis continetur: auctore Conciliatore.

**Quantitatis** ſunt amplioris latioꝝ tunicarũ: ⁊ oĩno hoĩs vẽter ſiue aluus ex parte iteſtinoꝝ ⁊ diſpõnum eoꝝ que illis cõiunguntur ventri canis in multis aſſimilat̃: qꝛ ĩlis ſit latior: eo ꝙ hõ ſecundũ nãm eſt lati corporis: lõgi ⁊ recti.

**Numero** aſſignãtur groſſiora iteſtia tria. Rectũ vꝫ. iteſtinum: colon: ⁊ cecum.

ADDITIO

**Inteſtinorum** groſſoꝝ numeꝝ his verbis aſſignabat Ariſt. 3. de partib⁹ aĩaliũ. qbus enĩ eſt iteſtinuꝫ non directũ hs oĩbus amplius tendit: que ⁊ qđ colon vocatur habẽt: ⁊ cecũ ac tumidum quidẽ moꝝ arctat̃ ⁊ cõplicatur at rectũ ad exitũ vſqꝫ excremẽti ꝑtenditur.

**Situ** ſuo poſita ſunt iteſtina groſſa in loco q̃ eſt finis graciliũꝫ iteſtinoꝝ: a parte. ſ. inferiore: auctore Halyabbate: Lꝫ iteſtioꝝ quedã dici poſſint media inter ſuperiora ⁊ iferiora: ſicut monoculus cũ parte ylcon quo ad partem iferiorẽ illius: ⁊ cum parte colon quo ad ſuperiorẽ eius partẽ: quedã iferior vt pars iferior colon cũ recto iteſtino: quedã vo ſuperior ſicut ylcon cuꝫ ieiuno ⁊ duodeno.

TEXTVS

**Iuuamẽtum** p̃ncipale hoꝝ iteſtinoꝝ eſt ꝑparare ſtercus groſſiꝰ vt eijciatur per inferiora ſub forma egeſtionum: dicebat Albertus.

¶ Iuuamentũ vero eorum ſecundariũ eſt ad digerẽduꝫ: ⁊ propterea quedã vene dicte meſeraice dirigimtur ad quedã eoꝝ: lꝫ non tot ſicut ad ſuperiora: eo ꝙ principalior opatio ſuperioꝝ eſt digeſtio: ⁊ ſecundaria eſt expulſio: qđ totũ audiẽdum eſt ꝑut declarauimus in anathomia iteſtinorũ in generali: nõ enim priuantur inteſtina groſſiora ab aliqua ciboꝝ digeſtiõe: ſicut neqꝫ ꝑuate ſũt venis meſeraicis qbus anadoſat̃ cibus. i. diſtribuitur: ⁊ que attrahũt ab iteſtinis õferẽtes aliquid chili ad epar hora idigẽtie ⁊ famis.

ADDITIO

**Paſſiones** iteſtinis groſſis multorum generuꝫ euenire poſſunt: ſi tamẽ vlcerari ea cõtingat ſaluiora ſunt in eis vlcera qꝫ in gracilib⁹: cuius cauſa eſt cõſpicabilis ex dictis.

TEXTVS

¶ Anathomia inteſtini recti.

**Inchoantes** anathomiã iteſtinorũ ab imo inteſtinorũ qđ dicitur lõgaon: rectũ: ⁊ aſtale cõmuniter: ⁊ in p̃mis fieri cõſueuit oſtenſio ꝑpter cauſaꝫ notam: qđ ligare conuenit duob⁹ in locis: in parte illius ſuperiore circa mediũ eius: ⁊ in medio duaruꝫ ligaturarũ: ex tranſuerſo icidatur. Parte autem inferiore reſeruata ꝑpter alia poſterius oſtẽdenda. Procedat anathomicus excarnãdo ipſum in parte eius ſuperiorĩ vſqꝫ ad ylia: quo in loco icipit inteſtinũ colon: ⁊ eleuato iteſtino recto meliori modo quo fieri poteſt oſtẽdantur vene: artarie ⁊ nerui qui ramificãtur: ⁊ iferioribus partibus diſtribuũtur. Hoc inteſtinuꝫ quia in rectitudine protẽſum deſcẽdere recta ſemita ad anuꝫ: qđ eſt foramẽ excrementi poſterius ⁊ iferius: cui continuatur ab eius rectitudine ita appellatũ eſt. Aſtale autem ad inſtar lõgitudinis aſte: dicitur etiaꝫ aliquando longaon ab Auicẽna propter ſui longitudineꝫ. Nulli animali datum eſt quod non vtraqꝫ parte dentatum: auctore Ariſtotele ſecundo de hyſtorijs. Huc autẽ rectitudinis cauſa fuit vt

ſex facilius laberet̃ ⁊ expelleret̃ ex eo.

**Subſtantia** hui⁹ iteſtini pānicularis eſt ſicut et alioꝝ.ſpiſſius tamē eſt hoc inteſtinū alijs:⁊ groſſius cū multitudine villorum lōgitudinaliū ſine rectoꝝ manifeſtoꝝ:non quidē ſimplr attractionis gratia:ſed etiā vt eſſent ligamēta quedā ꝓhibentia diſſolutionē villoꝝ latitudinalium ex aſſiduo tranſitu per ipſuz fecis indurate cū forti motu:vtq; auxilio eēnt expꝛeſſioni ⁊ expulſioni ⁊ repulſioni:gratia quoꝝ ꝑncipaliter creatū fuit hoc inteſtinū.Amplius in hoc inteſtino apparēt villi longi multi:qꝛ maioris opatiōis eſt ceteris in attrahēdo illud qḋ ſupꝰ ſe iacet:ne in reuolutionibus colon idureť:⁊ ſkybaleť:⁊ conſtipationē faciat ventris:vtq; adiuueť hoc iteſtinū per hos villos lōgitudinales cū latitudinalibus in bene expꝛimēdo:expellēdo ⁊ egerēdo ſufficiēter feces groſſas:ſunt aūt ſkybala grece dicta ſtercora dura rotūda latine.Et ꝓpter neceſſitatē villoꝝ lōgitudinaliū in hoc iteſtino iuētū eſt ꝙ iteſtinū rectū ideo qḋ villos hꝫ hꝫ longos:paucos: reddiť iſufficiens ad ſufficiētē expꝛeſſionē ⁊ expulſionē fecis.Eſt preterea hui⁹ iteſtini pars iferioꝛ laxa:vbi etiā maxīe amplificatur:in cui⁹ fine ē oꝛificiū id qḋ eſt excremēti foramē anus:podex:⁊ ſicteris appellatū:cui⁹ cōparatōe reliqua pars hui⁹ iteſtini dr̃ laxa.Sicteris aūt anathomiam aſſignabimus in ſequētib⁹ in fine oſtēſiōis mēbroꝝ exiſtētiū in vētre iferioꝛi triū vētriū iſigniū q̄s noīauim⁹.

**Figura** hui⁹ iteſtini fuit recta vt eſſet expulſio fecis ab eo facilioꝛ.

**Quātitatis** fuit creatū āple in latitudīe.eſt.n.largi⁹ ceteris iteſtinis:auctoꝛe Halyab. amplū magne ꝯcauitatꝭ veluti ꝓmptuariū ſiue repoſitoriū fecū groſſioꝝ.Eſt eni ꝓꝑe ꝓmptuariū loc⁹ repoſitionis comeſtibiliū:qḋ dr̃ materno ſermone:diſpenſa: coaduna ť.n.fex in eo:ſicut vꝛina in veſica:vt non eēt neceſſariū homini ſurgere oī hoꝛa:dicebat Auer.Eſtq; hoc iteſtinū breue:lōgitudine vni⁹ palmi:dicebat Cauliac⁹:⁊ ipm eſt latius ſupioꝛe oꝛificio ſtōaci.ampliaturq; in aliquib⁹ ad iſtar ſtomaci:dicebat Albert⁹:ꝑſertiꝫ in iferioꝛi eius parte:ſicut.n.ſtōacus ſupius ſtrict⁹ eſt:iferius vo latus:ſic ⁊ lōgaon:⁊ hoc factū fuit:tū vt feces per ipm facilius labātur:tū etiā vt eaꝝ plures poſſint in eo cōtineri cū adeſt voluntas lōgo tēpoꝛe eas retinēdi iperio virtutis retētiue volūtarie:cui a nā cōmiſſa eſt eaꝝ retētio ſaltē partialr̃.Indecens nāq; ⁊ abhoīabile ⁊ ſoꝛdidum eſſet animali politico circa altioꝛa verſanti fedas has ⁊ fetidas ſupfluitates exire quotiēs natura ad eaꝝ expulſionē excitaret.¶ Ad hoc iteſtinū ꝑterea ꝑueniunt vene plures meſeraice:vt virtute eaꝝ attractiua ſugant ſi qd inuatiuū chiloſum derelictū fuerit fecibus cōmixtū neq; attractum.

**Situ** hoc iteſtinū ponitur vltimū:ſicut ⁊ ignobilius iteſtinoꝝ:cuius initiū eſt ab iteſtino colon.

**Cui cōtinuatur** ⁊ counitur deſcēdēs ab eo iferius ſm rectitudinem abſq; obligatiōe:iuolutione ⁊ reuolutōe:quales ſunt in colon iteſtino:⁊ ꝓtēditur iferius ad exitū vſq; excremēti: ita ꝙ iferius vndiq; ſicteri cōtinuatur. ⁊ eſt hoc iteſtinum ſitu ſuo aſcēdens vſq; ꝓpe renes:iuxta ylia ⁊ anchas in fine ypocundrioꝝ directe ſupiacens oſſi caude:⁊ firmatum eſt in ſacro oſſe cū aliqbus ſpōdilibus renū in loco qui eſt in directo renū.illi eni alligatur ne quādo ipſuz repletur fecibus ſuo pōdere nimiū anū aggrauaret. vnde ratione huius doꝛſum quodāmodo fit ab intra ſimū ⁊ ab extra gibbum apparet.

**Iuuamentum** huius iteſtini eſt eycere ſterc⁹ per anū ſui naturali virtute:dicebat Auicen.cooperantib⁹ ad hoc octo ventris muſculis. Nā muſculoꝝ expulſionis fecū gratia iſtitutoꝝ qdā ſunt qui ꝓhibent eas ante tēpus ꝯueniēs exire: ſicut ſūt muſculi ani quos noiabimus in ei⁹ anathomia. Alij vo eas expellūt in tēpoꝛe oppoꝛtuno:ſicut muſculi octo vētris obuiātes diaphꝛagmati ad iſtar cōtactus duaꝝ manuum aliquid exprimētiū:ſic eni docebat Gal.5.de vti. par.dicens.Intēpoꝛanee qdē igitur effluere.ſ. feces qui anū operātur muſculi nō concedūt.nō eni ꝑmittunt hi lacerti ſupfluitates extra ferri anq̄ ſubeat excogitatio: vt nō impediať hō ab occupatiōibus ſuis.hi eni ad clauſurā oꝛdinati ſunt ꝓhibitiuā exitus fecū aut alterius:in tēpoꝛe vo.ſ.oppoꝛtuno ꝑmittunt q ſm epigaſteriū. i. ſuperficiē vētris ſunt oēs.

ADDITIO

**Patitur** hoc iteſtinū ꝑcipue inuerſationē: vt.ſ.a ſupfluitatibus emūdetur:auctoꝛe Aui. 17.tertij.Ad iſtar fartoꝝ iuerſantiū inteſtina ꝓpter eandē cauſam.⁊ hec eſt cā difficilis cure paſſionū ani.nō.n. poſſunt medicine diu moꝛari in loco per iuerſationē aſſiduā neceſſariā.Amplius circa extremitatē iferioꝛē huius iteſtini vltra alia ſinthomata accidit impotētia egerēdi cū appetitu itenſo:⁊ diciť hec paſſio tenaſmon. Itē accidunt illi ragadie:ſciſſure:ficus:moꝛꝫ: caro addita: emoꝛroydes ⁊ alia hui⁹ generis:de qbus diffuſi⁹ in anathomia ſicteris.

TEXTVS

¶ Anathōia iteſtini grece dicti colon q̄ſi plā hn̄s colla.

**Hoc inteſtinū** cōſueuit etiam dici laxū:ſicut Ariſ. 3.de partib⁹ animaliū.⁊ dictū etiā eſt cellulatū a multitudine ſuaꝝ cellularuꝫ.Ideo autē dictū eſt colon:auctoꝛe Halyabbate:eo ꝙ egeſtio ſolidata ⁊ indurata in moꝛbo qui diciť colica paſſio in hoc icludať iteſtino:vel qꝛ plura habens colla: cauernoſitates:cellulas:⁊ iō cellulatū eū appellabat cauliac⁹.

**Subſtantia** eius eſt ſepoſa:anguſta:ſpiſſa: auctoꝛe Auic.in lib.de aial ib⁹.groſſa:ſolida:vt aſperitati:duritiei atq; groſſitiei fecū reſiſtere valeat.Multas habēs cellulas iuolutas plurimuꝫ ⁊ reuolutas foꝛtibus cōſtrictiōibus:in qbuſdā aialibus ſm lōgitudinē deſuꝑ iferius circūtenſis vna ſm ſingulaꝫ partem:q̄s iuolutiōes Auic.aliqñ faſcias noiat.

**Numeratur** hoc iteſtinū rōne ſui ꝑncipij ⁊ colligātie cum fundo ſtomaci inteſtinis iferioꝛibus. Lꝫ rōne ſitus:qꝛ ſtomacū ſupequitat inter ſuperioꝛa poſſit numerari.

**Quantitas** hui⁹ iteſtini eſt magna:longa valde: habet eniꝫ bene duas brachiatas in longū:dicebat barbarus Cauliacus.

**Figure** rotunde cū īeq̄litate eminētiarū ⁊ depreſſionū.iō celliculoſuꝫ dcm̄ ē ⁊ cellulatū.

**Situ** ⁊ colligātia hoc iteſtinū incipit a latere dextro cum a monoculo cui cōtinuať in parte ſua ſuperioꝛi icipit elongari in latere dextro: vt epati ꝓxim⁹ fiat vt illius virtute digeſtiua cōfoꝛtetur:auctoꝛe Raſi. deinde per latitudinē vētris poꝛrigiť in ſiniſtrū lat⁹: locaturq; circa renē ſiniſtrū:verſus quē plurimū tēdit.ſi eni totū dextre parti cōmiſſum fuiſſet epar:lederet ipm opꝛimendo quādo plurib⁹ fecibus groſſis repleret. Cūq; lateri ſiniſtro fit ꝓximum:rurſus reuolui ť ad dextrum declinans:ita ꝙ iterum regirat ad partem dextram ad poſterioꝛa deſcēdens:illicq; cōtinuatur cū inteſtino recto:auctoꝛe Anicē.⁊ vſus iguina: ſicut dicebat Halyab. ⁊ cū eſt in latere dextro locatur ſub tertio vel medio lobo.i.pēnula epatis:cōtangiturq; a chiſti fellis:quo in loco ſuſcipit ab ea poꝛtionem colere reſudantis excitantē ipſuꝫ ad expellēduꝫ: ꝓpter qḋ appet in parte illa citrini

doloris: ⁊ pſumit̄ ex hoc ꝙ ipm ibidē ſit amari ſaporis.

¶ Deinde egtat ſtomacū.cū ꝫ.n.ipm ſit alys iteſtinis ſuperiorib⁹ ignobilius recte ordinatū eſt: vt ſupra ſtōacuꝫ locatū ſit qſi ad cuſtodiā eius: vtqꝫ ꝑ ſitū illū omēto ꝓpingue fiat: cuius caliditate ⁊ humiditate ad expulſionē fecum adiuuaret̄. omētuꝫ.n.omnia tegens inteſtina maxime huic iteſtino adheret. Cūqꝫ colon pertrāſit ſplenem accidit vt coartetur colon: ne.ſ.quādo replet̄ corp⁹ ſplenis cōprimat ⁊ coartet ⁊ opilet: ꝙpropter in patientibus apoſtema ſplenis ꝓhibetur exit⁹ vētoſitatis per inferi⁹ niſi fiat cōpreſſio ſuꝑ ipſum ſplenē: vel ſuper colon in directo ipſi⁹ cū manu: aut aliter. Tum qꝛ ab apoſtemate ſplenis ampli⁹ cōprimit̄: Tū rōne ſolidioris ſubē colon ventoſitatē in eo coacervatā lōgiori tēpore fortaſſis retineri in eo dolorē adeo itenſum generātē ac ſi iteſtinū terebello perforaret̄ ſoliditate ⁊ groſſitie ſue ſubſtātie. Hoc aūt iteſtinū cū hincinde reuolutū fuerit: demū diſtēdit̄ ad renē dextꝝ ad terminū anche: quo in loco eſt exordiū iteſtini ceci: ſiue monoculi: qḋ notabim⁹.

# Juuamentum

iteſtini colon eſt aggregatio fecis: quādo.ſ.in ipm deſcendit: auctore Auic. poſt digōnē factā in monoculo ante ipſuꝫ exitē: ⁊ in colon digerit̄: qḋ ibi nō fuit cōplete digeſtuꝫ de fecibus groſſis ⁊ terreſtrib⁹: iuuat quoqꝫ tum expreſſionē vſqꝫ ad iteſtinū rectū cooperātibus muſculis ventris: tū etiā gradatū tranſituꝫ eius qḋ digerit̄ ⁊ expellit̄ per multitudinē ſuarum iuolutionū: ⁊ hoc poſt ſubtileꝫ ⁊ exactā ſiue exqſitā ſcrutationē.ſ.fecuꝫ a cibo.ſiqḋ.vꝫ. cibi remāſit non cōuerſum in chilū: qḋ in ipſo colon chilificat̄. ſiqḋ enim vtile in fecib⁹ exiſtit: Jd oē meſaraice ipſi colon iplantate in ſcrutatiōe illa exqſita ſugunt ⁊ trahūt ad epar mittētes. Eſt ꝑterea in hoc iteſtino generatio fecis ſaltē accītalis.ſ.quo ad figurā ⁊ formā: ſicut eſt videre in ſkibalis ⁊ fecib⁹ iduratis: ꝓpter nāqꝫ obliquitatē ⁊ iuolutionē ſubſtātie ſue hoc iteſtinū loco ⁊ tēpore retinet ſuꝑfluitates que exiccant̄ in eo ⁊ figurātur figura ſuaꝝ cellulaꝝ āfractuū ⁊ ſinuū.

altero ꝓfundi⁹: imo maximū omniū alioꝝ orificiorū eſt illud qđ eſt magne artarie: a q̄ ſunt oēs: que ſʒ corp⁹ artarie: dicebat Galie. 6. de vtilita. particu. caplo. 13. ſ. artaria aborti.

ADDITIO

**Ariſtoteles** tamen docuit. p̄mo de hyſtorijs 5. Licet nō recte ꝙ cor ſinu eius medio aborte ānexū eſt: cui medici in hoc nō cōſentiunt: neqꝫ per anathomiā id ꝑcipit᷑.

TEXTVS

**Hec eſt** vena illa quā Ariſto. vbiqꝫ ⁊ p̄ſertiꝫ. 3. de partib⁹ abortā appellabat: q̄ſi immediate a corde ortā: ſicut cōmuniter interp̄tat᷑: vel q᷑ ipſa p̄ncipiū ſit originis artariaꝝ omniū que ſūt in corpore: quarū ipſa eſt radix: auctore Haliabbate. vel ideo dicta eſt aborta: q᷑ eleuabilis eo modo quo docuim⁹ in anathomia illi⁹ ꝓpria. Et per hoc q̄dē orificiū extrahit᷑ a corde ſpūs ꝑ artariā magnā q̄ d᷑ aborti q in ſiniſtro ventriculo cordis genit⁹ hora ꝯſtrictōis ei⁹ i vniuerſuꝫ corp⁹ diſtribuit᷑ atqꝫ diffundit᷑ i ſinglās ptes: cui ēt orificio aſſiſtūt tria hoſtiola explantata ab eo: ⁊ ſunt tres pāniculi: quos Gal. appellabat. vbi ſupra. G. formes: eo ꝙ formā gerūt ſilēꝫ lr̄e grece. G. de gb⁹ dicebat. Tres aūt horum .G. formiū membranoꝝ epiphiſes. i. explantatōes ſunt ab intus extra allatorum: ⁊ ſunt hi tres duri panniculi ſiue pellicule tres depreſſe valde: que perfecta clauſura claudunt᷑ ab exteriorib⁹ ad interiora: ⁊ apiunt᷑ ab interiorib⁹ ad exteriora: ita ꝙ quādo cor dilatat᷑ orificiū artarie aborti claudit᷑: ⁊ etiā orificiū vene artarialis: ⁊ qñ conſtringit᷑ cor hec orificia aperiunt᷑ hoſtiolis ſuis ſiue pāniculis ꝓcedentib⁹ ab interiorib⁹ ad exteriora ⁊ educentib⁹ a corde materias: ſic. n. docebat Galie. 6. de vtil. parti. caplo. 10. his verbis. tenſio aūt ei⁹. i. dilatatio cordis mēbrana que adnata ſunt eis. ſ. vaſis ab intus extra ex radicib⁹ trahēs ⁊ intus ad ipm cor reflectēs ⁊ omnia recte ſtare faciēs claudit ora vaſorum: de quibus dicebat Auicē. ꝙ ſi vn⁹ vel duo fuiſſent nō perficerēt vtilitatē que intēdit᷑ in eis: nec perficerēt magnificādo debitam quātitatē ipſi⁹ ⁊ fieret: ꝓpter iſtud mot⁹ difficilis. ſi aūt eēnt q̄tuor. tūc opus eſſet ea formata fuiſſe nimis parua: ita ꝙ iterū eēnt inutilia. Adhuc aūt ſi eēnt nimie magnitudinis coanguſtaſſent viā ſicqꝫ deſtrueret᷑ artarie vtilitas: eſt aūt hoꝝ hoſtioloꝝ clauſura. ideo ab īteriorib⁹ ad exteriora vt cū ſanguis exit ⁊ ſpūs a corde aperiant᷑: nec deiceps reditū illis ꝑmittat: dicebat Haliabbas: ⁊ hoc quidē orificiū cum ſuis hoſtiolis inuenitur magis eleuatū vt hoſtiola appodient᷑ parietib⁹ cordis hora impulſiōis ⁊ tranſitus ſpūs ad membra.

¶ Eſt p̄terea ēt aliud hoꝝ orificioꝝ hui⁹ vētriculi ſecūduꝫ: ⁊ eſt illud a quo artaria ꝓcedit que pulmōi coniungit᷑. ſicqꝫ appꝛebit: qđ docebat Ariſto. p̄mo de hyſtorijs: oēs videlꝫ vētriculos cordis ad pulmonē foraminibus reddi peruios: ⁊ ꝑ hoc q̄dē orificiū attrahit cor ad ſe aerem a pulmōe ꝑ artariā venalē: eſt aūt hec artaria que a pulmōe ad cor aerē defert ⁊ a corde ad pulmonē ſanguinem appellata artaria venalis: artaria quidē q᷑ pulſat: venalis aūt q᷑ nō pulſatili ſimilis eſt. ſ. in habēdo vnaꝫ tunicā tantū: habuit aūt vnā tunicā tantū vt ipſa eſſet mollior ⁊ obediētior motui pulmonis Galie. ⁊ Auicen. docētibus: ſuper cui⁹ orificio ſunt operimēta ſiue hoſtiola duo tantū: ꝗcquid dixerit Auerroys q tm̄ vnā eē pelliculaꝫ aperientē ſe intus ⁊ extra. docebat p̄mo colliget. Cauſam aūt cur ſolū duobus coopertorijs ſiue panniculis claudat᷑ artaria venalis aſſignabat Ga. 6. de vti. par. ca. 14. his v̄bis. Ratiōabilr̄ igit᷑ ab vno ſolo orificio venoſe artarie due epiphiſes. i. explātatiōes mēbranoꝝ facte ſunt. ſoli. n. huic melius fuit nō diligēter claudi: qm̄ ⁊ ſoli concedere erat melius ad pulmonē ferri ligniosa. i. fuligines ⁊ ſuperfluitates q̄ ex corde: quas ꝓpter multitudinē quidē inate caliditatis neceſſariū erat hēre id: compēdioſiorē aūt nō habebat aliam effluxionē.

¶ Quē imitatus Auicē. dicebat: ⁊ duo quidē panniculi ſuffecerūt ſupra orificiū artarie venalis: q᷑ nō eſt neceſſariū ꝙ panniculi tegētes orificiuꝫ artarie venalis: ſint ita apte formati vt fortiter ⁊ perfecte claudāt ſuū orificiū: ſicut pāniculi orificij artarie aborti: imo magis opꝫ ingeniari ibi. ſ. in orificio artarie venalis vt ab eo poſſit expelli fumoſus vapor in corde multiplicat⁹ ⁊ ſanguis artarialis nutritiu⁹ pulmōis. Aliā cāꝫ aſſignabat Turriſian⁹: lꝫ cocat cū dictis Aui. eo ꝙ cor i cōſtrictōe expellit ſupfluitatē fumoſaꝫ cū aere ad pulmonē per artariā venalē: q᷑ nō eſt illi via ꝓpinquior: oportuit igit᷑ orificiuꝫ eius nō perfecte cōcludi in cōtractiōe cordis. Ideo habuit duo cooptoria tantū. Alij vō dicūt hoc ideo eſſe factuꝫ. Quia de cuſtodia eius qđ per eam tranſiens defertur nō plurimum ſollicita fuit natura qui eſt aer quem cor hora dilatatōis attrahit: ⁊ fumi ſiue vapores capnoſi. i. fumoſi per hāc artariā hora cōſtrictiōis a corde expulſi. Et hi quidē ſunt ſermones cōmunes ⁊ Mūdini: qui ſi ſolū aerē ⁊ fumos in artaria venali cōtineri opinatus ſit ⁊ nō ſpūs ⁊ ſanguinē error eſt: nō. n. ſuſpicādū eſt ſolas fumoſas cordis ſuperfluitates ꝑ hāc viā exalare: ſed ēt ſpm̄ ⁊ ſāguinē artarialē: ſicut oñdem⁹ in anathōia artarie venalis: adhuc aūt nō ſolum per hanc viam: ſed circūquaqꝫ per oēm partē: auctore Galiēo in lib. de vtilitate pulſus. ſimilr̄ ⁊ in conſtrictiōe artariaꝝ nō eſt opinandū exire ſolū fumoſam ſuperfluitatē ſpūs: ſed ſpūm ipm. ſi. n. ſpūs cōtinuo generatus nō exalaret: aut nimis dēſaret᷑: aut cōſtrictus igniret᷑ inept⁹ eſſet ad vitā: ſignū aūt exalatiōis ſpūs in omni cōſtrictiōe cordis ⁊ artariarum: ⁊ ſimiliter pulmōis eſt ꝙ detētio ſpiratiōis pectoris efficit vigorē motus ⁊ in corde. Nō efficit aūt hoc niſi per detentionē ſpūs qui exalaret: clauſura aūt opimētoꝝ h⁹ orificij eſt ab exteriorib⁹ ad īteriora vt ad ingreſſum a pulmone aeris ad cor aperiant᷑: dicebat Haliab. ita ꝙ quādo cor dilatat᷑ orificiuꝫ artarie venalis aperitur: ⁊ cor ꝑ ipꝫ attrahit aerē. Et tūc ſimilr̄ orificiū vene deferētis ſanguinē ab epate ad cor aperit᷑: ⁊ per ipſum cor attrahit ſanguinē. Et iſtoꝝ orificioꝝ panniculi ꝓcedūt ab exteriorib⁹ ad interiora cordis: ⁊ ipſoꝝ fines copulātur cordi fortib⁹ ligamētis. ſic. n. docebat Galie. 6. de vti. pti. caplo. 13. dicēs: vaſoꝝ que intromittūt materias ad cor per mēbrana ab ex̄ itus lata que fortia ⁊ magna eſſe dixim⁹ oium ad ipm cor copulati ſunt fines ligationib⁹ fortib⁹ cōtenti: quādo igit᷑ ipm dyaſtolat᷑ ſingulū ligamentoꝝ hoꝝ tenſum a diſtātia: que ſm̄ cor ad ſeipm trahit ⁊ q̄ſi reflectit membranā ad ipm corp⁹ cordis: oībus igit᷑ trib⁹ reflexis in circuitu verſus cor aperiunt᷑ vaſoꝝ orificia ⁊ mās: que ſunt in eis facilr̄ attrahit cor ꝑ amplā viā. Licꝫ āt ab orificio artarie venalis dū claudit᷑ plus effluat q̄ʒ ab orificijs alioꝝ vaſoꝝ duꝫ claudunt᷑: non tm̄ eſt negādū aliqđ ab alijs hora clauſionis effluere: qđ ſingulariter docebat Gal. 6. de vtili. pti. caplo. 16. dicēs: qm̄ aūt eā ſolā cōcedere dictū eſt trāſire allatas a corde ad pl̄monē viſcoſas ſupfluitates: ex his igit᷑ fortaſſis vtiqꝫ eſtimabit qs nihil oīno retroferri ſecundū reliq̄ tria orificia vaſoꝝ: ſed nō ſic hꝫ q̄dē veruꝫ: in quo. n. tempore ꝯtingit claudi mēbrana neceſſe eſt in hoc āticipare attrahi ad cor ſāguinē ⁊ ſpm̄: ⁊ rurſuꝫ contra emitti ſm̄ clauſionis tēpus: ſed clauſio iā mēbranis ꝯtingit aliqñ corde vehemēti⁹ moto p̄ter fluere qđ non ſolū vapores ⁊ ſpūs: ſed etiā ipſi⁹ ſanguis. ſicut. n. in trachea arteria. Mōſtrauimus impoſſe eē nihil ingredi de humidis q̄ trāſglutiunt᷑. Ita hēre opꝫ extimare ⁊ hic mul

titudis coꝝ aduenire nām ꝓhibitoriū: ſꝫ vt nihil oino ꝑterfluat: neqꝫ minimuꝫ ipoſſe ē inuenire cuſtodiā: monſtratū.n.ē a nobis ꝑ alia: qm̄ in oīb⁹ oia ſunt: ſic̄ Hypoc. (dicebat.

ADDITIO

In attractiōe aūt aeris a pulmōe ad cor: neqꝫ defuit iuuamētū. tū ad tēperandū calorē ne nimis intēdat ſubiectū. tū etiā ad impellēdū ſpūm. tū etiā ad euētandū ipm ne accidat ei cōſtrictio ſuffocans. Aer.n. auctore Auicē. ꝑter hoc ꝙ eſt elemētuꝫ noſtroꝝ corpoꝝ ⁊ ſpirituū: eſt etiaꝫ emanatio neceſſaria noſtris aduenire ſpiritib⁹ vt ſit cauſa melioratōis eoꝝ: ſicut tēperās eos: que tēperatio pendet a duabus operatiōib⁹: que ab ipſo fiūt. ſ. mūdificatiōe quatenus aer eſt vehiculū fumoſis ſuperfluitatib⁹ educēdis in depreſſione illoꝝ ⁊ euentatione. Ipſe.n. aer frigidus exiſtēs per comparationē ad ſpūs noſtri corporis cū eis aduenit in dilatatiōe cordis ⁊ pectoris impellit eos ⁊ miſcet̄ cum eis ꝓhibēs: ne deducant̄ ad conſtrictionē ignitiuam: ⁊ dat illis temperamentum proportionatū anime operationibus: ⁊ hec vocatur euentatio.

TEXTVS

Quattuor itaqꝫ exiſtētib⁹ orificijs in corde: tria quidē in ſingulo alioꝝ ſunt mēbrana: duo aūt in ſola venoſa artaria: auctore Galie. 6. de vtili. par. Licet cū ipſaꝝ particulaꝝ inſpectiōe exponere hec apte difficile ſit: abſente aūt illa. ſ. inſpectōe q̄ſi impoſſibile. nulla.n. fuit magis idonea q̄ꝫ multitudo q̄ꝫ trinitas pānicuIoꝝ ad prompte. tute. fortiter ⁊ diligēter aperiēdum ⁊ claudēdū omnia orificia ꝑdicta excepto orificio venalis artarie. hec nāqꝫ. ſ. tria membrana fieri in vnoquoqꝫ orificio mirabilr̄ a nā ꝑparatū eſt: dicebat Galie. vt certitudinalr̄ ſimul ⁊ cito totū aperiat̄ ⁊ rurſus claudatur. duabus enim exiſtētibus: neqꝫ certitudinaliter: neqꝫ cito concederēt claudi orificijs vel apiri membranoruꝫ fines magnifacti. ſi vo plures q̄ꝫ tres facti eſſent: multo q̄dē citius ⁊ magis alterutrū predictoꝝ fieret. ſ. claudi vel aperiri ſinuū breuitate: facile auteꝫ euerſio ⁊ imbecillitas nec̄ario eis ex paruitate adeſſet. Cōueniēter igit̄ vt cito ſimul ⁊ fortiter ⁊ diligenter aperirētur ⁊ clauderent̄ orificia tria ſm̄ vnūquodqꝫ mēbrana facta ſunt: nulla alia multitudine omnia ſimul habere potente ꝓ eo ꝙ pauciores quidē trib⁹ minus diligentē ⁊ tardiorē: plures aūt imbecilliorē oparent̄ actū: dicebat Galien⁹. Et omnia iſta cooptoria ſiue hoſtiola: aut mēbrana oriunt̄ ex orificijs viarū. i. ex ſuo orificio: ſed curſus. ſ. inceſſus quorūdaꝫ eſt ex extrinſeco cordis ad interi⁹ v̄ſus vētriculos ei⁹: ⁊ q̄rūdā ex itriſeco cordis ad extrinſecū: dicebat ipſe ſ°. de iuuamētis membroꝝ. Neqꝫ creata fuerūt hec mēbrana equalis fortitudinis ⁊ magnitudinis. Rationabiliter quidē eniꝫ in vaſis intromittētibus materias. i. in orificijs vene magne cōcaue: ⁊ vene artarialis fortia ⁊ magna ibi nata ſunt membrana. In educētib⁹ vo. i. in orificijs artarie aorti: ⁊ artarie venalis per quas diximus fieri eductionē materierū ex corde debiliora dicere iaꝫ tētabo: dicebat Galie. 6. de vtili. parti. Et cauſa hui⁹ fuit: q: in tm̄ mēbrana fortia ſimul ⁊ maxima fieri fuit meli⁹ vaſis que introducunt materias eis: que educūt inquātū ⁊ robur motus q̄ eſt in dyaſtolatiōe ſupat id qd̄ in ſiſtolatōe. violētius.n. eſt neceſſariuꝫ attrahere cor cum dyaſtolat̄. In qua dilatatione cordis orificiū artarie aorti claudit̄: ſicut ⁊ orificiū vene artarialis. In conſtrictione vo eiuſdē hec eadē orificia apiunt̄. Tēſio eniꝫ. i. dilatatio cordis mēbrana que adnata ſunt eis. ſ. vaſis abintus extra ex radicib⁹ trahēs ⁊ int⁹ ad ipm cor reflectēs: ⁊ oīa recte ſtare faciēs claudit ora vaſoꝝ: dicebat Gal. hec de orificijs que in duob⁹ vētriculis extremis inueniuntur.

Uentriculus vo medius: licꝫ in homine vix ⁊ nō vn⁹ appareat orificia nō inuenit̄ habere ad extra cor tēdentia: ad q̄. vꝫ. terminent̄ vaſa aliq̄: vēter tn̄ iſte medi⁹: auctore Aui. Ɔſtringit̄ cū dilatat̄ cor apud lōgitudinē ei⁹ ⁊ cū cor ɔſtringit̄ elōgat̄: ſic̄ cū dilatat̄ decurtat̄.

Situ aūt ita inuēti ſunt hi vētriculi ordinari: ꝙ ſicut ea que ſunt ſm̄ baſim cordis vaſoꝝ explātatōi reiacēt. i. reſpōdēt: ita que ſunt alterutra ab hac vſqꝫ ad inferiorem finē velut coſte quedā generationib⁹ vētriculoꝝ ſunt: auctore Galie. 6. de vtil. parti. Cōcauū eni. ſ. ventriculus cordis ſiniſter ꝑuenit ad extremitatē vſqꝫ capitis. i. acuminis cordis: auctore Haliabbate. Dexter vo ſub illo modicuꝫ finit̄ loco: ⁊ a dextro vſqꝫ ſiniſtrum cōcauus eſt trāſitus q̄dā: quē nōnulli tertiū vocant concauū: nec tamē veꝝ eſt: qui ſermo cōfirmari videt̄ ꝑ id qd̄ ſubdēdo: dicebat Haliab. ſ. ꝙ hec duo cōcaua que in corde ſunt vtraqꝫ pulſant: niſi ꝙ ſiniſter pulſus maior eſt: cōtinet.n. ſanguinis ⁊ ſpūs vitalis plurimā quātitatem: dexter auteꝫ quātitatē ſanguinis cōtinet paruam: ideoqꝫ eius minor eſt pulſus.

Multitudinis tamē vſus ⁊ oſtēſio anathōica eos oēs deſignat in baſi cordis: in amplo eni ſiue in lato cordis facti ſunt tres vētriculi: dicebat Albert⁹: non aūt in cono: q: per partē illā: neqꝫ attrahit cor: neqꝫ expellit: quare neqꝫ vētriculatā meruit eſſe eam cordis partē: baſis aūt ſic: q: per eā partē tantū attrahit cor ⁊ expellit: quapropter ⁊ in baſi illi⁹ tantū poſita fuerūt orificia: vētriculi tamē ſiniſtri pars inferior quam baſim appellabat Auicē. altior inuenit̄ q̄ꝫ baſis ſiue inferior pars dextri: que multū deſcēdit. Id vo ratiōabiliter factū eſt: vētriculus.n. dexter reſpicit epar ꝑpingor illi: auctore Aui. ita vt vena cōcaua pene veniēs ab epate ad ipm penetrat ⁊ implātat̄ illi ſanguinē copioſum venalē deferendo ⁊ miniſtrando: q̄propter occupari opus fuit dextruꝫ vētriculū in attractiōe nutrimēti ⁊ in miniſtrando medio vētriculo ꝓ gnātiōe ſpūs vitalis ⁊ ſanguis artarialis ex parte ſubtiliori ſanguis ꝑ eū attracti: ſicut i nutricatiōe cordis ex groſſiori.

ADDITIO

Ab epate nāqꝫ effundit̄ ſanguis venalis groſſus ⁊ grauis cōparatiōe ſanguinis artarialis ipſi vētriculo dextro ex quo artarie ⁊ ſpirit⁹ nutriri nequeūt: ꝑpter qd̄ opus fuit ꝙ ꝑ mediū aſcēdēdo ſubtiliaret̄ ⁊ ſpiritualior fieret ad nutrimētū ſpūs ⁊ artariarum: ⁊ ea de cā inuenimus etiā artarias a ſiniſtro cordis ventriculo explantari. ſanguis autē arterialis ſubtilior ⁊ ſpūalior ex quo generat̄ ſpūs altiorē locū requirit. Et ex hoc infert̄ ſanguinē in medio cordis thalamo inuentuꝫ medio modo ſe hēre in ſubtilitate ⁊ groſſitie. Temperatior.n. ſanguis cordis eſt in medio. i. in medio ventriculo: auctore Auic. cui ɔſonāt ſermones Ariſt. 3. de ꝑtib⁹ aīaliū: neqꝫ.n. eſt groſſus ⁊ impurus: ſicut q̄ in dextro: neqꝫ ita tenuis ⁊ feruens ſiue ardens: ſicut q̄ in ſiniſtro: neqꝫ tn̄ tēperatiorē dicimus ſanguinē q̄ eſt in ſiniſtro: q: magis equalis temperamento relato. i. ꝑportionato operatiōibus anime: preſertim dilatationi ⁊ conſtrictioni cordis. nā iſte imediatius complent̄ per ſpūs q̄ eſt delator virtutū ꝑ corpus q̄ꝫ per ſanguinē: neqꝫ tēperamēto ſibi ꝓprio qd̄ attendit̄ ſolū in hoc ꝙ q̄tenus eſt natus pati ⁊ conuerti in cordis ſubſtātiā: ſanguis aūt in medio vētriculo exiſtēs nō cōuertit̄ in ſubām cordis: ſicut diximus: imo ille q̄ tēdit ad dextrū: ſꝫ dr̄ ſanguis ille vētriculi medij tempatus tempamēto abſoluto relato. vꝫ. ſolū ad extrema: q̄tenus hic ſanguis inuenit̄ medius comparatiōe ſanguis dextri ⁊ ſiniſtri: tū in modo ſubſtātie. ſ. iter groſſuꝫ ⁊ ſubtilē. tū etiā in qualitate. ſ. in acuitate. eſt.n. ſiniſtri vētriculi ſanguis acutior eo q̄ eſt

in dextro: licet ſanguis ſiniſtri ſit in relatiōe ad operatōes ſit tēperatioꝛ ꝙ̄ ſit ille q eſt in dextro. hic q̄dē formalis ex̄nis ꝛ cōplemētū ſuſcipiēs a ſpū q eſt in ſiniſtro: ille vō .ſ. q eſt in dextro mālis expectās vlterioꝛē pfectionē: vt ſimile fiat in hoc: ſicut de ſpū aiali exiſte in cerebro vt cōmuniter dr̄ q nō cōplet̄ in parte anterioꝛi niſi ipe vel ſibi equiualens pertrāſiens mediā partē in poſterioꝛi compleri ꝛ perfici dicitur.

⸿ Sāguis pterea medij vētriculi eſt valde humidus: dicebat Albert⁹ Ariſtotelis poti⁹ ꝙ̄ medicoꝝ ſequut⁹ doctrinā. talis .n. debet eē ſanguis q eſt in membꝛo in quo eſt pncipiū virtutis vt dicit. Et hic eſt ventriculus medius q paruus eſt. In dextro nāq̧ cordis ſunt pforatiōnes ſubdebat Albert. ꝛ hꝫ in ſe vias: ꝛ apture maioꝛes in dyaſtole cordis iueniūt̄ v̄ſus pulmonē: qđ magis manifeſtat̄ in iferioꝛi: qđ eſt ſic̄ vētriculus q eſt dexter.

⸿ At ſꝫ veritatē maioꝛ ē hūiditas ſāguis dextri vētriculi. tū q2 ibi plus de hūido vnctuoſo: ſic̄ plus de ſanguine qcq̄d dixerit Halyab. oppoſitū hui⁹ tenēs. tū etiā q2 cōcauitas vētriculi dextri eſt maioꝛ: neq̧ tāta reſolutio ꝛ exiccatio aduenit illi ſanguini qui eſt in dextro: q2 non ita ebuliēs: neq̧ feruens: ſicut ille q in medio ꝛ ſiniſtro.

TEXTVS

**Colligantia** vētriculoꝝ cordis ad ſeinicē ꝯſpicabilis eſt ex notitia opōnū ꝛ iuuamētoꝝ eoꝛundē: dicebat tñ Ariſto. pmo de hyſtoꝛijs: oēs cordis ventriculos ad pulmonē foꝛamibus puios reddi: idq̧ in vno tantū perſpicuum eſſe.

**Iuuamenta** vētriculoꝝ cordis anq̧ deſignet̄ ſcire opꝫ vnā eſſe opationē cōem duob⁹ ventriculis cordis .ſ. pulſare: auctoꝛe Halyab. niſi ꝙ ſiniſtri pulſus maioꝛ ē. cōtinet ꝛ eni ſanguis ꝛ ſpūs vitalis plurimā quātitatē: dexter aūt q̄titatē ſanguis ꝯtinet puā. ideoq̧ eius minoꝛ eſt pulſus: q̄liter vō vētriculus: medi⁹ ēt elonget̄ ꝛ decurtet̄: diximus paulo añ ſitus ventriculoꝝ aſſignātes. Iuuamēta vētriculoꝝ cordis nō ſunt eadē: creatus .n. fuit vētriculus dexter ꝓpter pulmonē: auctoꝛe Gali. 7° de iuuamētis mēbꝛoꝝ: cui⁹ rei fides eſt ꝙ nullū animal pulmōe carēs hꝫ dextrū cordis vētriculū: auctoꝛe Gal. 6. de vtili. par. ſanguis nāq̧ receptus in dextro cordis vētriculo a vena ꝯcaua pparat̄ a corde nō p ſeipo: ſꝫ p nutricatiōe pulmonis.

ADDITIO

**Proinde** qđ videt̄ qbuſdā irrōnabile oīum rationabiliſſimum exiſtit: dicebat ipe. 6. de vti. p. Coꝛ q̄dē pulmōi pparare nutrimētū: ſibi autē non: ille .n. ſ. pulmo indiget ſubtili ꝛ vapoꝛoſo ſanguine: hoc aūt .ſ. coꝛ nō indiget: illud .n. ſ. coꝛ ex ſeipo motu foꝛti egebat ꝛ dēſum ꝛ groſſū hēre coꝛpus: pulmonē vero a thoꝛace motū: nec grauē: nec denſum: ſed leuē ꝛ raꝝ eē melius fuit: qm̄ aūt vnūqđq̧ quali eſt tale idiget nutrimento: rationabiliter coꝛ quidē groſſo: pulmo aūt vapoꝛoſo ſanguie indiguit: ſic̄ ēt pdixim⁹.

TEXTVS

**Iuuat** pterea ventriculus dexter q̄tenus ipe explātationi quoꝛūdā vaſoꝝ reiacet .i. coꝛreſpondet .ſ. vene cōcaue ꝛ vene artariali: eo ꝙ ipſe inuenitur locatus in his que ſunt ſecundū baſiꝫ cordis: ea aūt que ſecundū baſim diximus explantationi vaſoꝝ reiacere: auctoꝛitate Galieni.

ADDITIO

**Nunquid** aūt duo hec vaſa ꝓpe dicāt̄ explātari ſiue exnaſci a dextro cordis vētriculo an eidē iplātari .i. inaſci: ꝛ q̄d ꝓpe ſit implātari ꝛ explantari docuimus de itentōe Gal. 3. virtutū nālium. in anathomia venaꝝ in genere. libꝛo. 3. eſt .n. explātatio oꝛigo alicui⁹ nerui artarie vel vene q aliunde venit ad aliud mēbꝝ. iplātatio aūt ꝓpe eſt pūctus ꝛ deſinētia: ſiue terīatio alicui⁹ in aliq̄ loco: ſicut nerui artarie ꝛ vene.

TEXTVS

**Iuuamentū** pbet ēt hic vētriculus vt ꝯtineat plurimū ſanguis: auctoꝛe Ariſto. 3. de ptib⁹: qđ v̄buꝫ: ſicut acceptat̄ tāq̧ veꝝ cuꝫ hic vētriculus ſit tāq̧ lacuna ſanguis: ita nō acceptat̄: qđ ſubdebat Ariſt. ſ. hūc vētriculū cōtinere ſanguinē calidiſſimū. nā ſanguis exiſtens in dextro cordis ventriculo nup fuſus p venā chilis ab epate in ipm nō pōt eſſe vehemētis caliditatis nōdum ꝯſequut⁹ poſtremā digōnē q̄ fit i corde. Cōtinuo ḡ i dextrā ipſi⁹ ptē iſluēs adhuc crudus iept⁹ ē ebulitiōi donec ex moꝛa in corde digerat̄ ꝛ ſubtiliet̄.

ADDITIO

**Ex dictis** aūt ſequit̄ dextrū cordis vētriculū nō eſſe calidioꝛē ſiniſtro niſi foꝛte caliditatiſ q̄titatiue: aut extēſiue maioꝛis. tū q2 in eo eſt plus de vnctuoſo ſanguis in quo accēdit̄ caloꝛ. tū q2 ꝯcauitas eius eſt maioꝛ: nō aūt itēſiue in gradu dr̄ caliditas illi⁹ maioꝛ ꝙ̄ ſiniſtri: cuius caloꝛ eſt feruentioꝛ ſiue ardētioꝛ ſubtilioꝛ factus amplioꝛi motu magis elaboꝛatus ꝛ decoctus magis tendens ad naturam vapoꝛis ꝛ ignis in ſubſtantia magis aerea fundatus.

⸿ Sequitur etiam ꝙ neq̧ vena chilis: neq̧ alie que ab ea oꝛiuntur motu pulſus mouentur.

⸿ Sequit̄ ēt feruētioꝛē eſſe ſanguinē quēcūq̧ ꝛ ebulientioꝛē ſentiri in artaria q̄cūq̧: ēt a corde diſtāte ꝙ̄ in vena q̄cūq̧ q̄tūcūq̧ cordi vicīa. Min⁹ itaq̧ feruet in vena artariali ꝙ̄ in artaria pedis. Hec oīa ꝓbabilia ſunt: licet ſint q opinent̄ ſanguinē vtriuſq̧ ptis cordis .ſ. dextri ꝛ ſiniſtri vētriculoꝛū exn̄s in corde: ita ſe hēre: ſicut dixim⁹. Cū vō egredit̄ coꝛ caliditas ſanguis ptis dextre ſaluat̄: dicebat Gentilis: q2 ps dextra ē calidioꝛ ſiniſtra: eo ꝙ epar ꝛ fel poſita ſunt in ea pte: ſed ptis ſiniſtre caliditas remittit̄ ꝓpter carentiā eoꝛūdē: ꝛ rōne ſplenis: idō ps coꝛpoꝛis dextra ſiniſtra iuenit̄ calidioꝛ. tū ēt: q2 licet ps cordis ſiniſtra plurimū poſita ſit in pte ſiniſtra: multū tñ reſpicit ptē dextrā inſufflās ꝛ irradiās caliditatē in ipſā: ꝛ ꝓpterea ex ea ꝛ p eā plm̄ ꝯſiſtit motus.

⸿ Nō ſunt pterea ēt acceptādi ſmones Ariſto. cū addebat ꝓpter calidioꝛem ſanguinē cōtineri in dextro cordis vētriculo ptē coꝛpoꝛis dextrā eē calidioꝛē ſiniſtra: imo id ē veꝝ. tū ꝓpter pſentiā epatis ꝛ fellis poſitoꝝ in pte dextra ꝛ nō in ſiniſtra. tū etiā: q2 dexter vētriculus cordis eſt occupatus in attractiōe nutrimēti .ſ. ſanguis ad epar ꝛ in adminiſtratōe eius: auctoꝛe Auicē. i. in miniſtrādo medio vētriculo cordis: ſicut diximus.

⸿ Min⁹ ēt acceptāda eſt ſñia eiuſdem Ariſt. q determinās de ſiniſtro cordis vētriculo aſſerebat ipm paꝝ ſanguinē eūq̧ fridiſſimū ꝯtinere: mediū vō mediocrē viꝫ. tū copia .ſ. ſanguinis. tū caloꝛe: ſed purioꝛē. pncipiū .n. ꝙ̄ maxime queſcere dꝫ: tale aūt erit ſi ſanguis purus ꝛ mediocris. tū copia. tū caloꝛe ſit. credidit .n. Ariſto. mediū vētriculū cordis eſſe mediū in quo ſicut dicit complet̄ nutrimentū. Galie. vō cū foueā ꝛ nō vētriculū ꝛ ſunt foramina: aut meatus plures latētes ꝛ nō manifeſti ꝛ trāſit⁹ q̄dā ſenſū effugiētes iter ābos vētriculos extremos q ſubt⁹ in baſi dilatant̄ i cordis āplitudie ꝛ ꝯſtrigūt̄ paulatiꝫ ſm̄ cordis ꝯſtrictōēꝫ: ſic̄ dixim⁹.

TEXTVS

**Iuuamentū** vō vētriculi ſiniſtri ſm̄ doctrinā medicoꝝ eſt cuſtodire vitam: auctoꝛe Galie. 7. de iuuamētis membꝛoꝝ: eo ꝙ habitaculū ſpūs vitalis eſt in ſiniſtro cordis latere: dicebat Halyabbas. creauit .n. deus ex cōcauitatib⁹ cordis ſiniſtrū vt eēt armariū ſpūs ꝛ minera generatiōis ipſius: auctoꝛe Auicen. in libello de virib⁹ cordis. Et ſm̄ hoc confeſſum eſt coꝛ eſſe radicē ſpūs. ſi coꝛ ſumat̄ vt animā includit. ſpūs vō ramus. Licet ſumēdo coꝛ p ſola coꝛpulētia nō includēdo aīam iam cōfeſſum ſit ab Auicē. xi. tertij

ſpūs eſſe radicē:cor vō ramū.

TEXTVS

**Juuamentū** pterea hui⁹ ſiniſtri vētriculi quē Auicē. appellabat vnū duoꝝ vētriū pectoris.i.duoꝝ vētriū cordialiū in cōcauitate pectoris:in ſiniſtro locat⁹ eſt. vt ex eo ſit origo q̄rūdā vaſorū q̄ explātanť ab eo.vz.artarie aborti:ꝛ artarie vēalis. ℭ Juuamentū vō ventriculi medij cordis:ſi tamē vētriculū eū appellare fas ſit:cōſiſtit.tū vt in eius trāſitibus nō manifeſtis diu moreť ſanguis vt in illis ſubtilieť:ꝛ fiat ꝓpinquus nāe ſpūs. fit.n.cōtinuo in eo ꝛ in vijs ꝛ foraminib⁹ ſuis anguſtis ſanguis:cui⁹ fit gradatus trāſit⁹ ſiue gradata ſubtiliatio:quaꝫ nō oportebat eſſe otioſaꝫ: bulientior ꝛ purior q̄ȝ in dextro per cōtinuā illius generationē ignitiuā ꝛ turbulētiā quādā fumoſam ꝛ incōuenientē operationib⁹ anime:magiſq̄ȝ purius ꝛ ſplēdidus cooperāte ad hoc aere attracto per dyaſtolē cordis contemperāte caliditatem ſpiritus ne perueniat ad conſtrictionem ignitiuam.

ADDITIO

**Neqȝ tamen** opinādū eſt ſanguinē in hoc ventriculo: ita ꝑparari vt per moduꝫ cōfricatiōis ſanguinis in eo ſpūs generet:ſicut opinabatur Halirodoā.z.tegni. ℭ Ampli⁹ neq̄ȝ tenendū eſt ſanguineꝫ: ita in hoc ventriculo diſponi vt quis ꝓpter hoc opineť ſpūm vitalē in ſiniſtro ventriculo ſolum ex ſanguie generari:imo etiā ex aere attracto digeſto ꝛ preparato ꝓduci ſpūm vitalē in corde:ꝛ aialeꝫ in cerebro:auctor eſt Gal.6.de iuuamētis mēbroꝝ:ꝛ Halyab.3.theorice. vnde Gal.5.de vtili.parti.dicebat ſpūs.i.aer in carne gdē pulmōis ꝑmā elaboratione accipit: poſt hāc aūt ꝛ in corde ꝛ artarijs:ꝛ maxime in eis que ſm retiformē plicaturā.i.in rete mirabili ſm demū.i.poſtremum ꝛ finaliſſimū in cerebri vētriculis:vbi itaq̄ȝ alijs certitudinaliter fit ſpūs:qd̄ omne intelligendū eſt: vel q̄ ex aere cū vapore ſanguinis mixto fiat corp⁹ qd̄ in ſpūm cōuertatť:aut q̄ ex aere ideo ſpūs generet:q2 ex eo impropriie nutriať ſiue generet quatenus cōfert vel vtilitatē prebet in ſpūs gnātione:eo q̄ talis aer vaporē ſanguis temperat vt ex eo ſpūs ampli⁹ generet. Et ex his fit euidēs modus ſoluēdi rationes Auerroys.z.colliget ꝫ Gal.

TEXTVS

**Juuamenta** quoq̄ȝ alia hui⁹ ventriculi medij aſſignabat Auicē. Tuꝫ.vꝫ. vt ipſe eſſet cordi receptaculum aptū ſui nutrimētū ꝓprij quo nutriť: qd̄.ſ.nutrimētum cōuenit eſſe ſpiſſiꝫ ꝛ forte ſimile ſubſtātie cordis. Tū etiā vt eſſet minera ꝛ origo ſpūs vitalis generati in ipſo ex ſanguine ſubtili. Sed hoꝝ ꝑmum nō ꝯſonat doctrine Gal.6.de vtil.par. ſicut adduximus imediate añ anathomiā cordis:nō.n.nutriť cor tāq̄ȝ nutrimēto ꝓpo de ſanguine exiſte in medio vētriculo cordis: ſed ex ſanguine exiſte in vena cōcaua in eius aſcēſu ad cor anteq̄ȝ implāteť dextro cordis ventriculo qui groſſior inueniť q̄ȝ ille q̄ ferť per venā cōcauā ad dextꝝ cordis ventriculum cū cordis ſubſtātia groſſa ſit ꝛ dēſa:quoniam enim groſſum ꝛ dēſum eſt corpus cordis:cibo groſſiori idiget dicebat Gal.ibidē:ꝛ ꝓpterea ſanguine qui eſt in cōcaua nutriť anteq̄ȝ ingrediatur ad cor. Jbi.n. perueniēs calidus ꝛ ſubtilis ꝛ vaporoſus debebat inueniri:ꝑparať tamen ſanguis dextri ventriculi ꝓ nutrimēto pulmōis:ſicut diximus in anathomia dextri vētriculi. Alteꝝ quoq̄ȝ dcm̄ ei⁹.ſ. Auicē. diſſonat. Tū ꝑmo doctrine Gali.7. de iuuamētis mēbroꝝ. Tuꝫ etiā eis que ſcribanť ab eo in libello de virib⁹ cordis cū dicebat:creauit deus ſiniſtruꝫ ventriculū cordis vt eſſet minera ꝛ armariū ſpūs.

ADDITIO

**Que autem** partium cordis et ventriculorum eius ſit nobilior inuenimus inter Ariſto. ꝛ Galienū nō paruā diſcordiaꝫ. Ariſto.n.3.de partibus:parteꝫ cordis dextrā docebat eſſe meliorē ꝛ nobiliorē ſiniſtra. noꝫ qd̄ melius ꝛ nobili⁹ eſt id ſemꝑ niſi gd maius impediat:ſicut ſuperi⁹ magis q̄ȝ inferi⁹:ꝛ ꝑus magis q̄ȝ poſteri⁹ collocať: ſic dextrā magl q̄ȝ ſiniſtrā partē poſſidet:ꝛ ex hoc fundamento etiā opinabať Ariſto. venā maiorē ortam a dextro cordis ventriculo ꝑſtantiorē eſſe altera.ſ. q̄ oritur a ſiniſtro cordis ventriculo quaꝫ aortā vocabat. ℭ Pluribus aūt euidētijs conuinci pōt dignitas partis dextre cordis ſupra ſiniſtrā ſm mentē Ariſto. Tū primo ex amplitudine illi⁹ vētriculi. Tū ex copioſo ꝛ caliđiſſimo ſanguine in eo inuēto reſpectu ſiniſtri vētriculi. Tū etiā ex poſtremitate vite ꝛ motus apparentiū in parte dextra dū animal moriť: qd̄ iuentū eſt in animali viuo ſubito exenterato. Aſpiciēs.n.cito inueniet vitā ꝛ motū adhuc in dextro ventriculo ineſſe ceſſantib⁹ iaꝫ eiſdē in ſiniſtro:imo in hominibus ꝓpinquis morti pulſus dextri brachij magis manifeſtať q̄ȝ ſiniſtri: adeo q̄ frequēter ceſſante pulſu in ſiniſtro cōtingit ipm̄ pulſuꝫ inueniri adhuc in dextro. ſicut aūt cor cenſeť ꝑncipium corporis ꝛ nobilius: q2 in eo ꝑmo reperiť motus ꝛ vita: Jta pars corpis ex q̄ poſteri⁹ ceſſat motus ꝛ vita illa nobilior eſt.eadē.n.eſt ratio totius ꝛ partis.ꝑmo de hyſtorijs. Tum etiā ex ꝑoritate tēporis cōuinciť dextrū ſiniſtro vētriculū nobiliorē. Prius.n. viuit cū factus ſit ad attrahendū id qd̄ ad ſiniſtrū cordis effundiť vt demuꝫ a ſiniſtro ad ſingula membra influať. Attractio aūt dignior iudicať expulſiōe. Hui⁹ aūt dignitatis dextri ſupra ſiniſtrū fidē facit:q2 inuenimus gn̄tū pulmonis lobum ſiue additamentū quod medium vtriq̄ȝ exiſtit ad lat⁹ dextrū cordis peruenire vt eſſet q̄ſi culcitra ſtramētum:ꝛ firmitas vene ample:ſicut in anathomia pulmonis oſtēdemus. Et ideo dextrū cordis factuꝫ eſſe ꝓpter pulmonē:dicebat Galie.7.de iuuamentis mēbroꝝ.ſ.vt illi ꝑbeat alimentū. ℭ Ampli⁹ in aialib⁹ ſuffocatis nihil ſāguis i artarijs ē iuenire:ſꝫ ſolū i vēis: qd̄ ex alio nō ꝯuinciť:niſi q2 virtus toti⁹ regitiua totā ſūmā ſpūs ꝛ ſanguinis in toto exiſtētem tēpore ſuffocatiōis retrahit ad cor tāq̄ȝ ad arcē trāſeuntib⁹ his cordis parietes. Perforāt eniꝫ mediā ꝛ ſiniſtrā partē in parteꝫ dextrā tāq̄ȝ ad refugium cum fugientib⁹ a dextra parte cordis plurimū de ſua vi ꝛ de ſpū emanat:auctore Auicē. in lib. de aialib⁹. Eſt itaq̄ȝ preſtātior ꝑs cordis dextra q̄ȝ ſiniſtra.

ℭ His ſuaſionibus motus Cōcilia. opiniōi Ariſtotelis adheſit:qui cōſequēter cū eo ſenſit:ꝛ docuit in differentia.47.ſpūm vitalē contentū in ſiniſtro ventriculo cordis nō eſſe nobiliorē eo q̄ eſt in dextro: cū ipſe ſit ſuperexcedēs in caliditate ꝛ ſiccitate ꝛ forma que ſpūi debētur:qui vō in dextro eſt ſpūs ſanguis qui in eo vētriculo reperiť plurimo et quātitatiuo cōtēperať:neq̄ȝ ita qualitatiue:ſicut q̄ eſt in ſiniſtro:eſt.n.ſāguis dextri temꝑatior eo qui ſiniſtri ꝛ omnino dexter ventriculus principaliter eſt ad eſſe ꝛ vitam cordis:ſiniſtri vero magis vt per eum vita membris impelliatur.

ℭ Galienus aūt quē imitandū duximus in hoc libro.7. de iuuamētis membroꝝ:docuit nobiliſſimā oīum particulaꝝ cordis eſſe illaꝫ:cui⁹ vtilitas eſt cuſtodire vitā: videlꝫ orificia duaꝝ venaꝝ pulſatiliū pertrāſeuntium ad ventriculū ſiniſtrū. duas aūt vias que ſunt in ventriculo dextro: que dicunť a medicis ſanguinis radix minoris ſunt nobilitatis: ſic itaq̄ȝ cordis ſiniſtra pars cēſetur nobilior dextra: cui⁹ rei fides eſt effectus eius q̄ eſt ſpūs ex cuius nobilitate per comparatōeꝫ ſanguinis arguitur nobilitas ſiniſtri ventriculi reſpectu dextri: q̄lis eni eſt ꝓportio ſpūs ad ſanguinē talis videť ſiniſtri ad dextrū ventriculū:auctore Auicen. ſpūs aūt comparať

ſanguini: ſicut forma mãe: fit nãqꝫ ſpirit⁹ ex ſubtilitate quattuor humoꝝ. ꝑma ꝑmi. ⁊ in libello de viribus cordis hoc docēte Auicē. Sanguis itaqꝫ ſtās in dextro vētriculo cordis eſt ſicut materia ſpūs ſtātis in ſiniſtro ſe habētis ſicut forma ⁊ ꝑfectio: dicebat Auerroys. z. colliget: ventriculus aūt cordis ſiniſter eſt fons ſpūs: auctore Gal. vbi. ſ. minera ⁊ armariū ſm Auicē. Dexter vero fons ſanguinis: ſicut Galie. dicebat ibidem.

❡ Neqꝫ acceptamus ſermones quorūdam nō recte opinantiū qui effugientes rationē quā adduximus dicunt dextrum cordis ventriculum plus continere de ſpiritu ꝙ̄ ſiniſter: ⁊ in dextro ſpiritum contineri: ſicut in radice. In ſiniſtro vero contineri ſpiritum excedentem: ⁊ ſuperfluentem: ⁊ in hoc ipſum ventriculum ſiniſtrum famulari dextro: quia expandit ſpiritum ad membra: quod voluiſſe videt̃ Auicē. iz. de animalibus qui oſſerebat ſimile eſſe in hoc: ſicut de homine ꝗ qꝺ capit manu dextra complet cū ſiniſtra. ſic. n. opinantes ꝯſequēter ſi volunt determinare coguntur cōcedere ſpūm generari in dextro cordis ventriculo: qꝺ comprobat̃ falſuz. Tū auctoritate Auicē. inducta. Tuz etiā: qꝛ via a dextro in ſiniſtrū cordis thalamū eſt anguſta vt ſanguinis ꝑ ipm tranſeuntis fieret gradata ſubtiliatio. ſi enī eque paruus ſanguis tranſiret a dextro in ſiniſtrū: fuiſſet etiā via media eque lata: aut foramia eque ſtricta: ſicut ſunt quādo ingrediunt̃ ſiniſtrū ventriculuz. ❡ Amplius ſi plus de ſpū eſt in dextro vētriculo: qꝛ ibi generet̃. ꝗ ī venis etiā erit plus de ſpū: ꝑſertim qꝛ ſic determinātes etiā concedunt originē venaꝝ a dextro ventriculo cordis. ſicut ꝗ cor diſtribuit ſanguinez mediante hac parte. ſ. vena: ita ⁊ ſpūm: hoc aūt cōtradicit Galieno ꝗ in venis paucū docuit cōtineri ſpūm ⁊ nebuloſum. ❡ Amplius ſi ita eſſet vt determinant: fruſtra creatus fuiſſet ſiniſter ventriculus: voluntas eniz creatoris fuit vt inſtrumēta eſſent quāto plus eſſet poſſibile pauciora: auctore Auicen. in anathomia muſculorum palpebrarum.

❡ Neqꝫ obſtat quod adducebat̃ ex Auicēna. iz. de animalibus. naz vel ſermo Auicēne eſt exemplaris: vel eſt contra ſic opinantes: eo ꝙ dans complemētum in re capta nobilius eſt capiente.

❡ Nobilitatē preterea ſiniſtri ventriculi ſignificat eius ſitus: poſitus enim fuit in eminentiori loco qui eſt dignior inferiore. baſis enim ſiniſtri ventriculi eſt altior baſi dextri: dicebat Auicēna cuz baſis dextri declinet multum reſpectu baſis ſiniſtri.

❡ Amplius ſiquis diligēter conſideret verba Galie. vbi ſupra ignobilitatē nō paruā attribuit vētriculo dextro: qꝛ ipm ſolū ꝓpter pulmonē dicebat fuiſſe creatum.

❡ Placet autez nobis ſolutio Galieni ibidē inducta ad inſtantiā quā aſſignabat Cōciliator de poſtremitate vite ⁊ motus in dextro poſt ſiniſtrū in morientibus viſa ⁊ experta: in quibus licet motus vltimo appareat in parte dextra. Radicaliter tamē vita conſiſtit per partez ſiniſtram cordis. Motuz aūt ⁊ vitā poſtremo in morientibus apparere in dextro ventriculo euēit: quia ipe ſubtilioris ⁊ nō ita ſolidioris carnoſitatis exiſtēs: ſicut ſiniſter magis eſt idoneus moueri ſtāte vita: ita vt ad ipm mouēdum parua ſufficiat virtus: qꝺ ergo ſiniſter citius deſinat moueri ꝙ̄ dexter nō eſt ex ignobilitate illius: ſꝫ ꝓpter inhabilitatē eius ad motum: eo ꝙ ipſe eſt durioris ⁊ ſolidioris carnis. Itaqꝫ durāte vita anima in parte ſiniſtra ineptiori ad motū complet ⁊ reſtaurat motū ex parte dextra que habilior eſt ad motū. Arterie quoqꝫ partis dextre nō mouētur niſi virtute ſiniſtri ventriculi: non aūt dextri: qꝛ nō prodeunt ab eo.

❡ Inſtabat aūt Conciliator contra Gali. qꝛ ſicut fiſtulator nō eſt ꝓpter fiſtulā: ſed ecōuerſo: auctore Ariſto. 4. de partibus. Si ergo natura cordis ꝓpter vitam ⁊ animam partem ordinauit: in nobiliori parte debuit ordinare organuz in quo diutius poſſit perſiſtere cum aduenit corruptio aut extinctio. Nos aūt ſaluātes veros eē ſermones Galieni cōcedimus organa ſiue inſtrumenta eſſe gratia operatiōis: ſicut gratia finis ſecūdū cui⁹ exigentiā diſponūtur: ⁊ nō ecōuerſo. Rectius enī tibia ſeu fiſtula dabit̃ perito tibie ſeu fiſtulatori ꝙ̄ tibiaz habenti peritiā tibie addere: vt rem minorē maiori potiorēqꝫ natura addidit nō maiorē nobiliorēqꝫ minori: ſicut docebat Ariſtote. vbi ſupra. Ideo ⁊ nobilior reddit̃ ſiniſter cordis ventriculus cum ſit ſpūs generatiōis gratia qui eſt nobilior ſanguine: cuius. ſ. generatiōis ſpūs: gratia etiā eſt motus dilatatiōis cordis ſtante virtute non plurimū defecta in ſuo robore: qualis nō eſt virt⁹ tam iam morituri animalis: cui ſimilia: ⁊ diſſimilia nocēt. ſicut etiam habens peritiā tibie imbecillior factus tibia quantūcūqꝫ perfecta ꝓ recta modulatiōe vti nō poteſt. Natura ꝑterea ſemper de cōtingētibus facit qꝺ meli⁹. Melius autez fuit ſiniſtrū cordis ventriculum creare groſſum ⁊ denſuz ad ſpūs generationē vel cōſeruationē tota ꝓ vita ꝙ̄ ipſuz cū carnoſitate ſubtili aptū reſolutōi ⁊ motui vltimo in parua morula in qua mori contingit: preſertiz qꝛ fieri poteſt finalis vite receſſus a parte ſiniſtra cordis. Licet in illo vltimo pars ſiniſtra nō moueatur: poſſibile enim eſt: neqꝫ apparet quid ꝓhibeat in poſtremitate vite ſtare animā in ſiniſtro: licꝫ ceſſet a motu ī dextro: cū aūt vterqꝫ vētriculus ceſſabit a motu ſtatim ⁊ ſimul in dextro ⁊ ſiniſtro ceſſabit vita.

❡ Principē itaqꝫ medicoꝝ nō fas fuit hoc modo a Conciliatore iniuſte morderi. Dicamus igit̃ cuz Halyabba. qꝺ ergo eſt in hoc membro. ſ. corde excellentius ventriculis eſt ſiniſter: cum maximam naturalis caloris ⁊ ſpūtus contineat quantitatem.

❡ Neqꝫ ſi cerebri vētriculus medius eſt nobilior alijs. ſicut in anathomia cerebri oſtēdimus oportet cōſimiliter partē cordis mediam: ⁊ mediū illius vētriculū eſſe alijs nobiliorē. nam cordis venter medius eſt ſoluz via foraminib⁹ plena ⁊ paries: ſicut diximus⁹: pars v̄o cerebri media ſedes eſt nobilioris v̄tutis ⁊ opōnis. ſ. diſcretiue.

❡ Amplitudo quoqꝫ cōcauitatis ventriculi dextri non arguit nobilitatē eius maiorē ꝙ̄ ſiniſtri: qꝺ ſi Ariſtote. magis dignificauit ipm ꝙ̄ ſiniſtrum. hoc ſolū audiatur quantū eſt ex parte ſitus: aut loci: qꝛ locatus eſt in parte dextra que nobilior eſt ſiniſtra: ſicut docebat Ariſt. in libro de celo ⁊ mūdo. ſic eniz etiā anterius honorabilius eſt poſteriori. Ex parte tamē operatiōis ſiniſtra cordis pars ēt inuenit̃ nobilior. Et eodez modo audiēdus eſt Ariſtote. venā magnam nobiliorem dicēs artaria aborti. ſ. ratiōe loci: ſicut anterius nobili⁹ poſteriori: nihil tamen de nobilitate ex parte operatiōis determinās: cauſa aūt poſitiōis hui⁹ vene in parte dextra nobiliori ⁊ nō in ſiniſtra fuit rectitudo aſpectus ad epar: quia hec vena ſecunduz Ariſtotelis doctrinā immediate ex corde explantata epati implantatur. Ne igitur in origine huius vene eſſet obliquatio natura conſtituit dextruz cordis ventriculum lacunaz ſanguinis in parte dextra. Et quia non potuit natura ventriculum ſpiritus in dextra parte cōmode locare quātū potuit hoc recompenſauit ſubleuando ⁊ exaltando baſim ventriculi ſiniſtri ſupra baſim dextri: ſicut dicebat Auicēna. Et omnino quātuz nobilitatis habuit dexter ventriculus ſupra ſiniſtrum quantum ad differentiam poſitionis: que eſt ſecunduz dextrum ⁊ ſiniſtruz: tantū recompenſando acquiſiuit ſiniſter ſupra dextrum ex parte differētie poſitionis: que

eſt ſecundum ſurſum ⁊ deorſum.

¶ Sermo aūt Auicē.13°. de animalibus dicētis a dextra cordis parte plurimū de ſua vi ⁊ ſpiritu emanare: veritatem habet ſolū dextruʒ cordis ventriculū ratiōe loci nobilioreʒ ſiniſtro: neqꝫ dixit ꝙ a dextro ventriculo ad extra ſcilicet cor emanare: ſed ꝙ multum emanat.

TEXTVS

**Situ** cor inuenitur poſitū in pectore. in medio enim medij pectoris poſitum eſt: Tū quoniā eſt conueniētior loc° ei: dicebat Auicēna: Tū etiā quia locus ille eſt temperatior ⁊ a nocumētis tutior: cui pulmo circūiacet extrorſum ad inſtar ventoſe: auctore Galie. in libro de vtilitate reſpirationis. Sed in quo quideʒ reſpirat tempore animal: aſſimilaꝛ̄ pulmo perforate vētoſe: ſecundū vero detentōis tempus imperforate: ⁊ vndiqꝫ continenti. Nūquid aūt ſitus cordis ſit vere in medio ſpatioſitatis pectoris: an magis ad alteram partiuʒ declinans eſt inter ſapientes diſcordia. Ariſtote. enim 3°. de partib° docuit ꝙ cor in animalib° in parte ꝑori atqꝫ in medio ſitum eſt in quo ꝑncipium vite omniſqꝫ motus ⁊ ſenſus eſt. Eſtqꝫ ſituʒ in pectoris parte ſuperiore: quia ibi vicine coanguſtatur cuʒ pulmo ſit in inferiori parte eius: homini tamen tantuʒ vergit ad leuam paulo a mām̄aruʒ diſtinctione ad leuā inclinans papillaʒ: recedit nanqꝫ modicum a pellicula diſtinguente inter mām̄illas aliquantulū veniēte a furcula colli diuidente pectus per longum vſqꝫ ſuper medium pulmonis.

**Et omnino** ADDITIO pars cordis acuta declinat ad anterius pectoris in omnibus animalibus preterq̄ꝫ in piſcibus: quoniaʒ in illis pars cordis acuta eſt pendens verſus ſuperius ad partem capitis vbi eſt motus branchorum.

TEXTVS

**Vergit autem cor** ad leuaʒ partem pluribus de cauſis: Tum primo vt det locum epati: ſicut dicebat Auicenna: Tum etiam vt illius partis refrigerationem moderetur et cōpenſet: ſicut dicebat Albertus. omnium enim animalium homo maxime refrigeratam habet partem ſiniſtram: eo ꝙ homo eſt lati corporis: ⁊ ideo epar multum diſtat a latere ſiniſtro ſecunduʒ proportionem quantitatis corporis ſui: vt ergo contemperaretur frigiditas ſiniſtre partis decēns fuit cor magis ad ſiniſtram declinare reſpectiue: quia ſplenem habet valde magnum vt omnes conſentiunt: ſedem itaqꝫ obtinet ꝑncipaleʒ cor. In medio enim poſituʒ: ſed magis ſuperius q̄ꝫ inferius ⁊ parti priori āmotius q̄ꝫ poſteriori: ne. ſ. anteriora remanerent frigida. Poſteriora eniʒ de ſe ſunt magis calida. vnde in eis magis ſaluatur calidū. natura nāqꝫ rem nobiliorē conſtituere ſolet in locis nobilioribus: niſi quid maius impediat. Cordis hunc eſſe locum in homine latiſſime patet: iacet cor paulo a pulmone ſuperius ⁊ ſuo mucrone eque in partem vergit priorem: verūtamen latere ſenſum poteſt: quoniā diſſecto animante dimoueatur: latet autem hoc anathomia multotiens: eo ꝙ caſus ⁊ morbus declinant ipſum: et tranſponant inferius: addebat Albertus.

¶ Parte autē ſua gibboſa cor eſt amplius: ſubdebat Ariſtoteles. Ampliora auteʒ ad ſuperiora corporis ſpectāt: in ſua enim baſi locatur alte ab oſſibus ne contactu duri ⁊ ſuis percuſſionibus ledatur. Alia autem pars protēditur verſus oſſa: quia ibi non niſi in puncto ledi poteſt. Et eiuſdem leſionis nō eſt cauſa motus: eo ꝙ motus cordis proprius non eſt in illa parte: in parte tamen illa durius inuenitur cor vt ipſa ſui duritie reſiſtere queat nocumentis.

ADDITIO

**Opinioni** autem Ariſtote. de ſitu cordis conſentiunt Raſis Auicenna ⁊ Auerroys ⁊ Haliabb. qui dicebat caput cordis tornatile qḋ acutum eius dicitur quaſi in latus declinare ſiniſtrum: ſicqꝫ hi omnes illuſtriores pro Ariſtotele cor ipſum declinantius opinati ſunt ad ſiniſtrum latus pectoris: ⁊ hoc preſertim ſecundū ſiniſtrum illius ventriculum. vnde vena aborti egreditur: Tuʒ vt ab epate plus elōgetur: cor ne ſuo feruore diſtemperantiā faciat epatis atqꝫ extenſiuo calore reſoluat eius ſubtiliores partes: in quib° viget ſedes digeſtiue virtutis ſecūde cōmunis: quod qdē a leui cauſa fieret: eo ꝙ epar nō eſt niſi ſanguiſ male coagulatus: Tum etiaʒ vt epati locus amplus relinquereꝛ̄ vt nō comprimeretur: nec coartaretur nimia cordis vicinitate: Tum etiam vt non ſimul in eodem latere congregaretur totus calor naturalis: cui° epar eſt fons: ⁊ calor vitalis cuius cor eſt radix: immo vt calor naturalis magis vigeret in dextro: magiſqꝫ vitalis declinaret ad ſiniſtrum interioribus ⁊ exterioribus vtriuſqꝫ partis: Tum etiam vt ſiniſtrum latus cui iniacet ſplen temperatum calorem haberet atqꝫ ſufficientem ſuis operationibus per influxū caloris vitalis in ipſuʒ: eo ꝙ ſplen ſolum non eſt ſufficiens calefacere latus ſiniſtrum cum ſit remiſſi caloris ſaltē comparatiōe epatis: Tuʒ etiam vt vena concaua prodiens ab epate ad dextram cordis auriculam a corde non comprimeretur: immo potius cor eidem locū quēdaʒ prepararet declinando ad latus pectoris ſiniſtrū ſecundū ſiniſtram ipſius auriculam.

TEXTVS

**Sed quicquid** Ariſtoteles cum alijs ſapientibus dictis docuerit nos cuʒ Galieno dicimus cor poſituʒ eſſe in medio pectoris. quinto de iuuamētis membrorū. naʒ proculdubio cor inueniꝛ̄ mediuʒ in tota ſpatioſitate thoracis. Poſuit eniʒ natura cordi hanc regionem idoneaʒ ad infallaciā ſimul ⁊ eam que ex toto pulmone equireptante refrigerationem adinueniens: exiſtimant dūt quidā: dicebat Galien. 6°. de vtilitate particularū: nō in medio certitudinaliter: ſed in ſiniſtro magis quodāmodo locatum eſſe cor. Decepti ꝑpter illum qui partitur vel pericipiꝛ̄ ſecundū ſiniſtram mām̄illaʒ pulſum ſiniſtri ventriculi qui eſt omniū artariarum ꝑncipium: ſed eſt alius ventriculus ad concauam venam in dextris partibus eius: propter quem nō vtiqꝫ in ſiniſtris adhuc totaliter cor ſituatuʒ eſſe diciꝛ̄: ſed mediuʒ certitudinaliter exiſtens nō ſolum huius dimenſionis que eſt ſecundū latitudinem: ſed etiā aliaruʒ duarum: ⁊ que ad ꝓfunditatem: ⁊ que ad longitudineʒ thoracis perueniunt: quantū eniʒ ſpondiles diſtant a corde a retro: tantum ab ante pectus: ⁊ quantum clauce a ſurſum: tantū ab inferius dyafragma: ⁊ cor in medio ſecundum omnes dimēſiones iacens in ſubſtātia: vel aliter iuſtaʒ ex omnibus partibus pulmōis facit attractionē. Infallaciſſime autem id locatū abducunt longe ab omnibus per thoracem ei incidere futuris. Medium enim obtinet thoracis quod erat tuta regio ei: propterea ꝙ plurimum abſcedit ab incidentibus extrorſum ei: que enim quaſſant ⁊ incidunt: ⁊ infrigidant: ⁊ calefaciunt: ⁊ quicquid tale animalibus nocet multo ꝑus neceſſe eſt ledere partes thoracis ⁊ partes pulmōis anteq̄ꝫ ad aliquod predictorum perueniat: nō ſolum auteʒ mediūm thoracis ſecundū has dimēſiones obtinet cor: ſicut rex in medio regni: ſed etiam mediuʒ totius corporis ſecundum

vniuerſas ipſius dyametros: ſuperiorem videlȝ ⁊ inferiorēȝ: exceptis extremitatibus.ſ.inferioribus: dicebat Mundin⁹: dextre ⁊ ſiniſtre: āterioris ⁊ poſterioris: propter hunc locum vndiqꝫ magis protectuȝ ⁊ circūuallatum pānicalis ⁊ oſſibus fortibus: eſſeqꝫ temperatiorēȝ ceteris: magiſqꝫ elongatū ab extremis: neqꝫ tñ volum⁹ dicere ipſum hoc modo eſſe mediū niſi quantum ad ſitum: non autem quantum ad multitudinem ⁊ paucitatem membrorum ſuperiorum et inferiorum: eo ꝙ conſtat plures corporis particulas animalis inuenire infra cor ꝙ̄ ſupra ipſum: auctore Galieno.16.de vtilitate particularuȝ: ⁊ Halyabbate. ſicut dicemus in anathōia artarie aborti. ADDITIO

**Quod ⁊** confirmare viſus eſt Ariſtote. qui 3⁰. de partibus poſtqꝫ docuit cor omnibus animalibus eſſe neceſſariuȝ propter caloris originem ſubdebat. Locum enim ad eſſe aliquēȝ quaſi lares focūqꝫ oportet: quo nature fomites ⁊ primordia ignis natiui contineantur ⁊ feruentur: eundēqꝫ tutum eſſe veluti arcem totius corporis neceſſe eſt. Arx aūt conuenientiſſime locata eſt in medio totius: medium autem corporis dico hoc corpus: ſubdebat Ariſtot. quod concauuȝ: eſt in quo includūtur membra: ⁊ cuius complementum eſt anus: per quem ſuperfluitates egrediuntur. Et propter hoc ne pereat rectus cordis ſitus: queȝ diximus: immo vt ſaluetur natura ſapientiſſime ſuper hoc prouidit de eq̄litate ponderis vtriuſqꝫ vētriculi cordis.ſ.dextri ⁊ ſiniſtri: ſicut docuimus ſubſtātiā ventriculoꝝ cordis deſignantes. nam cum dexter ventriculus comprehendat in ſe groſſum graue: ſicut dicebat Auicen.i. ſanguinem copioſum venalem. ſiniſter vero rem ſubtileȝ leuem.ſ. ſpiritum vitalem ⁊ ſanguinem artarialeȝ. Natura contemperauit ⁊ in pondere coequauit ⁊ equilibrauit ambo latera cordis ingenio duplici: ſicut diximus ibideȝ. TEXTVS

**De ſitu** autem partiuȝ cordis ſufficienter in anathomia ventriculorū eius dictum eſt.

**Colligantiam** cordis ex determinatis eſt conſpicari: cerebro tamen per neruos ſenſum ⁊ animalem ſpiritum illi tribuentes ab eo explantatos: cordi vero implātatos: Tum per artarias vitam ⁊ ſpiritum vitalem cerebro prebentes oppoſito modo neruis ſe habentes quantuȝ ad explantari ⁊ implantari annectitur. Pulmoni vero per artariam venalem: epati per venā concauaȝ: ſpleni medijs artarijs: ſicut ⁊ alijs membris artarias habētibus. vniuerſo autē corpori ⁊ omnibus membris per calorem ⁊ virtuteȝ vitalem: quaȝ illis influit mediante ſpiritu: qui eſt virtutum delator per corpus. ¶ Amplius cor omnibus ſenſibus ⁊ ſenſiterijs eorum ita colligari docebat Ariſtote. in libro de partib⁹: ⁊ in libro de ſenſu ⁊ ſenſato: ⁊ de ſomno ⁊ vigilia: vt omnes illi cordi continuētur ⁊ ad ipſuȝ dirigantur: ita vt etiā tactus ⁊ guſtus vt eſt quidam tactus: quod manifeſtuȝ eſt ad viſum: dicebat Albertus: quia cor primum ſentiens eſt ſenſu tactus: ſed medici ⁊ princeps eoꝝ Galien⁹ Ariſtoteli in hoc nō cōſentiūt. ADDITIO

**Nunquid** auteȝ epar magis colligetur cordi ꝙ̄ ſplen: ita vt corporaliter minus elongetur ab eo: dicendum eſt: ſicut etiam per anathomiam conſpicitur ſplen magis deſcendere magiſqꝫ elongari a corde ꝙ̄ epar: ſicut recte etiaȝ docebat Auicen. Tum quia ſplen eſt receptaculū fecis ſanguinis.i.melancolie naturalis ⁊ aduſtionis eius.i.melancolie accidentalis. ineſt enim ſpleni proprietas quedam reſiſtendi cordi.i5.tertij. Ideoqꝫ ſi ſplen cordi vicinius fieret inficeret ipſum ſua vicinitate: ſicqꝫ cor cōtriſtaretur fumis melancolicis ad ipſuȝ aſcendentibus: Tum etiaȝ: quia cum ſplene dignius ſit epar: congruentius etiam fuit ampliorem ⁊ digniorem cor locum epati ꝙ̄ ſpleni derelinquere. Nam quia natura ſtomacho circūapponere habebat duo viſcera: neqꝫ magnitudinib⁹ equalia: neqꝫ dignitate equiperabilia: auctore Galieno.4.de vtilitate particulaꝝ. Propterea maiori quidem ⁊ principaliori.ſ.epati plurē ſimul ⁊ honorabiliorē tribuit regioneȝ: ⁊ hoc quidem ad dextram partem ferens locauit. Alterū vero.ſ. ſplenem quod eſt veluti expurgatorium eius ſiniſtris ventris pertendit partibus. ADDITIO

**Iuuamentum** ſiue neceſſitatē cordis magnificans Ariſtote. tertio de partibus: dicebat ipſum eſſe principium vite omniſqꝫ ſenſus ⁊ motus: ⁊ has virtutes p̄ncipaliter ab eo influi preſertim ſenſibilem ⁊ motiuā per artarias cerebro: adhuc ipſis virtutibus indiſtinctis exiſtentibus: ſicut etiam virtutem ſanguinis factiuā epati per venas. Ariſtote. enim cor omnium membrorum principalium principaliſſimum poſuit: ⁊ omnino primū principium motuum delectabilium ⁊ offenſibilium vniuerſaliter motus cuiuſlibet ſenſus ex illo inchoari: ⁊ ad ipſum redire tanqꝫ ad vnum principiuȝ a quo ⁊ virtutes omnes ad omnia membra expandūtur. Et in operatione ſenſus ⁊ motus cerebrum cordi famulatur: dicebat Auerroys. ſecūdo colliget: ⁊ origo hui⁹ caloris quo fit motus eſt in corde: quod ſuadent perypathetici. tum multitudine artariarum: que a corde cerebro cōmunicantur: deferentiuȝ illi calorem quo iuuatur nō ſoluȝ pro vita ⁊ nutricatiōe: quia tunc cor cerebro miniſtraret: ſed etiam pro ſenſu: Tum etiam: quia tempore ſomni retrahitur ad cor calor virtutem ſenſibilem viuificans qui alius videtur a calore viuificante virtutem nutritiuam: videtur igitur etiam a corde procedere: preſertim: quia interiora circa cor hora ſōni calidiora inueniuntur: exteriora auteȝ frigidiora: cuius oppoſituȝ fit tempore vigilie: Tum etiā propter frigus cerebri. non enim dici poteſt ꝙ origo huius caloris: cum quo ſtat ſenſus ⁊ vigilia generetur. primo in cerebro: quia cerebrum ⁊ nerui ſunt membra frigida: ⁊ in maiori parte eorū nō apparet māifeſte ſpūs. ꝗ incredibile eſt ꝙ calefaciāt corpus: dicebat Auerroys: Tum etiam propter colligantiam anime ſenſitiue cum nutritiua et caloris innati cum calore ſenſitiuo: qui neceſſario ſunt in eodem loco ſubiecti: eo ꝙ anima nutritiua que eſt in embrione eſt parata recipere animaȝ ſenſibilem ⁊ ſtat cuȝ ea loco forme ⁊ finis: nutritiua auteȝ eſt ei loco materie. Et hec eſt nobilis ſententia quā dedimus: ſubdebat Auerroys. Et poſtqꝫ ita eſt: ⁊ etiaȝ apparet ꝙ calor cum quo reguntur ſenſus eſt calor cordis. ergo virtus que regit ſenſum cōmunem ineſt ibi: ⁊ cerebrum eſt ſeruiens iſti virtuti: ⁊ nos potuiſſemus probaſſe has res magis per viam demonſtrationis: ſed noſtra intentio eſt abbreuiare. Cr tamē hi ſermones medicorum doctrine diſſonēt notū faciemus in anathomia cerebri illi⁹ iuuamēta aſſignātes. TEXTVS

**Iuuamenta** cordis ſecundū doctrinam Galieni: quē imitamur: adducētes dicimus cor eſſe fundamentū ſiue ſubiectum propriū virtutis vitalis ſiue pulſatilis. ipſa eniȝ fundamentaliter eſt in corde: participatiue vero in mēbris alijs: quia calor cui⁹ cuſtodie preeſt eſt in corde. ⁊ leſa hac virtute in ſua

origine remedia ſalutaria approximantur cordi.

¶ Amplius iuuamentū preſtat cor in eo ꝙ ipſum eſt veluti minera quedaꝫ ⁊ fons omnis inate caliditatis qua diſpēſat aial. ſic eni vtiqꝫ cor particula eſt corporis pn̄cipalis: auctore Galieno.6°. de vtilitate particularuꝫ: in quo quidē eſt virtus vite tāta ⁊ taꝫ potēs vt inuentū ſit cor pulſare etiā per horā poſtꝙ ab animali recenter decollato extractuꝫ fuerit: que res in nullo alio mēbro eſt videre: auctore Auicenna. qḋ non ſolum perſpicuum eſt in animali iperfecto: imo etiam in perfectioribus. ⁊ animal cuius cor diutius pulſat extractum de his que ſunt apud nos eſt ſalmo piſcis: dicebat Albert⁹: quia ſub vno corde pulſante vendunt piſcatores plures ſalmones inciſos per partes: decipientes homines: quaſi recētes demonſtrent etiam adhuc palpitante corde.

¶ Quoniā aūt operatiōes vtilitatis ſiue iuuamenti gratia facte ſunt: de opatiōibus cordis ⁊ virtutis pulſatilis ꝓdeuntibus ab ea hoſpite corde: preſtat determinare.

ADDITIO

Hec enim virtus pulſatilis non ſoluꝫ obiecto differt ab alijs virtutib⁹ anime quod eſt calor vitalis: circa cuius ſalutem ⁊ diſtributionem conuenientem verſatur: neqꝫ ſolum ſubiecto. qḋ diximus eſſe cor. verum etiam operationibus: Tum generando cōtinue ſpiritum vitalem ad totum corpus viuificanduꝫ: Tum etiam diſtribuendo calorem vitalem ad omnia membra non minus qualitate quadam ſpirituali: quaſi radius vniuerſum ſubito irradians. verum etiam tranſmiſſione ſpirituum ⁊ ſanguinis artarialis: Tum etiam mouēdo cor et artarias ſecundū dyaſtolem et ſiſtolem: Tum etiam regulando ⁊ moderando motiones ſanguinis et ſpiritus in paſſionibus anime: ſicut in ira: furore: terrore: ⁊ ſimilibus. in his enim actibus proprie vita cōſiſtit. Horum autem actuum qui magis a medicis conſiderantur: ſunt motus duo locales: ſcilicet dilatatio et conſtrictio: quos dicunt dyaſtoles ⁊ ſiſtoles cordis et artariaꝝ: inter quos cadūt quetes medie: que oia. ſ. tā mot⁹ ambo ꝙ̄ due qetes nō qdem ocioſe: ſed grā quorundā finiū a nā intenduntur. Actus nāqꝫ gratia ꝯſeruationis ⁊ nutricationis principaliter inſtituti. Nam actiones mēbrorum quantumcunqꝫ ſint cōmunes. principaliter tamen ſunt proprie vtilitatis illorum gratia. cum vnumquodqꝫ membrum principaliter intendat ſuo commodo et refectioni: auctore Galieno in libello de motibus liquidis. Inuenimus enim ſtomacum cibaria nequaꝙ̄ digerentem: ſaltem principaliter: vt per hoc intendat omnia corporis membra reparare. Similiter neqꝫ epar hac intentione cibum alterare: neqꝫ pulſus cordis procedit ab eo pro alio principaliter ꝙ̄ pro ſui commodo: Lꝫ etiam generaliter pro commodo communi toti: ſcilicet pro cuſtodia vite in toto corpore. quis autem horum actuum ſit preſtantior. communiter tenent ſapientes ꝙ principalior eſt dilatatio per quam fit attractio: Tum ſanguinis venalis per venam magnam concauaꝫ ab epate aſcendentem: Tum etiam aerem frigidū a pulmone per venam artarialem.

¶ Iuuamentum cuius conſiſtit in ſatiſfaciendo duplici neceſſitati: Tum ſcilꝫ reſtaurandi ſubſtantiam deperditam. ideſt pro nutricatione: eo ꝙ per illam dilatationeꝫ cor attrahit ſanguineꝫ ex quo nutritur: Ita docentibus Galieno.6. de vtilitate particularuꝫ. ⁊ Auicēna: ſicut declarabimus quando modum quo nutritur cor oſtendemus. Attrahit quoqꝫ ſanguinem ex quo fit ſpiritus. Altera neceſſitas: cui ſatiſfit per dilatationem cordis eſt neceſſitas euentandi calidum cordis ne igniatur: quia per dilatationem illam cor attrahit aerem frigiduꝫ: qui ipſum euentat: ⁊ feruentes ſpiritus vitales ab incendio forti refrigerati prohibentur: Lꝫ tamen dilatatio cordis non perficiat has operationes: niſi mediante attractione ⁊ retentione: digeſtione ⁊ expulſione. Dilatationi autem cordis famulantur villi recti in interiori parte ſubſtantie carnis cordis poſiti. Sic eniꝫ eſt inuenire in vnoquoqꝫ membro: videlicet ꝙ villi eius pn̄cipali operationi deſeruiētes ſunt in interiori parte eius. Ad hanc autem attractionem que fit per dilatationem ſequitur retentio attractorum per ipſuꝫ in eo cui famulantur villi tranſuerſales in medio ſubſtantie carnis eius poſiti. Retinetur aūt per hunc actuꝫ: Tū ſanguis attractus: vt ſecundum aliquaꝫ illius portionem nutriatur. ſecundū aliquam vero ſubtilietur: vt in ſpiritum conuertatur vitalem: Cuius materia generationis eſt vapor humorum: et aer inſpiratus: Ita docente Galieno in libro de virtutibus diſpenſantibus corpus humanum. caplo 3°: Tum etiam aer frigidus attractus: quouſqꝫ permanet vtilis pro refrigerio cordis. Et in hoc proculdubio conſiſtit iuuamentuꝫ intentum a natura quietis ſequentis ad dyaſtolem in pulſu. Ad attractionem etiam dictaꝫ ſequitur digeſtio per quam tum pars illa ſanguinis attracti digeritur: ſubtiliatur: et adaptatur pro nutricatione ſubſtantie pulmonis: Pars vero alia ſanguinis attracti conuertitur in ſpiritus vitales: et ſanguinem artarialeꝫ quibus perſiſtit vita in toto corpore: preſertim quia ſpiritus eſt ſubſtātia ſubtilis: aerea: clara: ex ſubtilioribus partibus ſanguinis genita gratia delationis virtutum a membris principalibus ad reliqua pro ſuis operationibus exercēdis: Ita enim ſe habꝫ ſpiritus ad ſanguinem: ſicut ſcintille ad igneꝫ. Coaptatur preterea per digōneꝫ hanc aer ꝓ refrigerio cordis. Actus vͦ vltimus eſt ꝯſtrictio per quā fit expulſio: cui actui villi latitudinales famulātur q in exteriorib⁹ carnis cordis magis ſunt poſiti. ¶ Expellit aūt a corde per ꝯſtrictionē eius: Tū ſanguis artarialis ⁊ ſpūs vitalis ꝑ artariā magnā aborti: et ramos eius ad oīa mēbra ad cuſtodiā vite eorum: Tuꝫ etiam ſanguis preparatus in eo pro nutrimento pulmonis: et hoc per venam artarialem ad ipſum pulmonem: Tum etiam aer in corde ſupercalefactus non amplius vtilis pro refrigerio cordis ſimul cum ſuperfluitatibus caprioſis ſiue fumoſis per ebulitionem cordis multiplicatis qui ſunt impedimento ſpiritibus vitalibus pro eorum operationibus. Expelluntur vero hec ad pulmonem per artariam venalem. Complentur autem attractio: retentio: et expulſio per motum localem cordis et quietem illi oppoſitā: ⁊ in hoc apparere pōt iuuamentū intentuꝫ a nā per quietē ſequentē ſiſtoleꝫ in pulſu. His aūt operatiōibus ⁊ dyaſtoli cordis famulantur villorū maneries diuerſe per ſubſtantiam cordis diſſeminate. attractioni quidem longitudinales: retentioni trāſuerſales. expulſioni latitudinales. quando enim ad ſeipſos conuenientibus villis qui ſecunduꝫ longitudinem ſunt extēſi. alijs vero omnibus relaxatis ⁊ ſegregatis minor fiet longitudo. aucta vero fuerit vniuerſa amplitudo in hoc dyaſtolari videbis cor: dicebat Galienus 6° de vtilitate particularum. ſicut in animali recenter occiſo eſt conſpicere. Econuerſo autem relaxatis his qui ſecundum longitudinem. ad ſeipſos autem conuenientibus his qui ſunt ſecundum latitudinem: in hoc rurſum ſiſtolari. in intermedio vero tempore motuuꝫ quies quedam breuis circumtracto quidem certitudinalr corde

cis que inſunt omnib⁹ villis agentibus: tunc et maxime obliquis. Eſt autem ⁊ in hoc attentione digna differentia inter attractionem ⁊ expulſionem que fiunt a virtute vitali: que attractioni ⁊ expulſioni que in follibus fiunt aſſimilantur: et inter eas que fiunt ab alijs virtutibus ſimpliciter naturalibus que aſſimilantur inflationibus vtrium. Hec enim humiditate et ſiccitate complẽtur. Ille vero que a virtute vitali fiunt quodammodo ſecus cõſiſtunt: ſicut recte docebat Conciliator in differentia octuageſimaſecunda.

¶ Iuuamentum autem quietis in pulſu cordis ſequentis ad conſtrictionẽ: vt non eſſet omnino ocioſa fuit: Tũ ad generationem ſpirituum vitalium in corde: Tũ etiã ad augmentum caloris in gradu.

¶ Motus autem hi quos diximus cordis inuolantarij ſunt: ſicut ⁊ motus pudendi: auctore Ariſtotele in libro de cauſis motuum animalium. Multotiens enim apparente aliquo: non tamen intellectu mouentur: Non voluntarios autem anime motus. dico ſomnum ⁊ vigiliaz ⁊ reſpirationem: ⁊ conſimiles: quorum nullius differentia eſt ſimpliciter fantaſia: neqꝫ appetitus. Non eniz fit motus cordis ab anima: vel illius virtute cum conſilio: voluntate: aut deliberatione: ſed a virtute anime naturali. i. non cognoſcitiua: quã medici vitalem dicunt.

¶ Neqꝫ acceptandi ſunt ſermones eorum qui negant dilatationem ⁊ conſtrictionem cordis fieri mediantibus villis moti ex hoc: quia inſpexerunt conſimiliter cerebrum moueri motu dyaſtolis: ⁊ ſiſtolis: non tamen per villos: ⁊ lz villi ſint in corde: ⁊ non in cerebro: ⁊ accidat eos villos moueri ad motum totius cordis: tamen non ſunt a nã inſtituti illius motus grã: vt dicũt: ſz vt per illos: ſicut etiã in alijs mẽbris ꝯplerent̃ opatiões virtutũ nãliũ opantiũ circa rẽ alimenti: eo ꝙ nullus talis mot⁹ fit niſi mediantibus villis: auctore Auicẽ. prima primi. ⁊ idem aſſerunt hi de motu artariarum. Ad quem intellectum volunt Galienum in libro de vtilitate pulſus dixiſſe ꝙ pulſum operans eſt virtus vitalis: Cuius principium eſt in corde. Nos vero cũz peritioribus tenemus: ſicut ante dicebamus motum cordis a virtute vitali fieri mediantibus villis: ita docẽte Galieno. 6. de vtilitate particularum. cum dicebat. Quando enim ad ſeinuicez ynuli cordis qui ſecundum longitudinem ſunt conueniunt extenſi: omnibus alijs relaxatis ⁊ ſegregatis minor fit longitudo: Aucta vero fit vniuerſa amplitudo: in hoc dyaſtolatur cor totum. Econuerſo autem relaxatione facta ſecundum longitudinales. ad ſeipſos autem contrahentibus his qui ſunt ſecundum latitudinem cor ſiſtolat. Intermedio autem tempore motuum quies quedã breuis fiet. contracto quidez certitudinaliter corde eis que iuſtum omnibus ynulis agentibus: tunc ⁊ maxime obliquis. nam multum adiuuant. Magis autem plurimũ operatur ſiſtoles que in ipſis ventriculis cordis colligationes diſtincte ſunt: ad plurimum quidem roboris prouenientes ſufficiẽtes exiſtentes quando cõſcederint eius contrahere cordis tunicas. eſt enim aliquod medium amborum ventriculorũz eius: veluti dyafragma ad quod terminantur diſtenſe colligationes copulantes id tegentibus ab extra vtroſqꝫ ventriculos cordis: que tunicas eius nominant. quando ergo he tunice veniunt ꝑ pe dyafragma: extenditur tunc longitudo cordis. conſidet autem ad id latitudo. quando vero plurimum ſegregatur: amplitudo quidez augetur. longitudo vero fit minor: ⁊ nihil mirum. nihil enim eſt aliud diaſtolare ⁊ ſiſtolare cor: ꝙ̃ ꝙ ventriculorum eius amplitudinem ad plurimum diſtare ⁊ concidere. propter quod igitur colligationes fortes cor poſſidet: ⁊ ynulorum omnem ſpeciem: vt in doloreo: ⁊ prompte ad tres diſponatur dimenſiones: dyaſtolatur quidem quando attrahere apparebit aliquod vtiliuz. Circũtractum vero quando reſcindi eſt tempus attractorum. Siſtolatum quando excernendi aliquod ſuperfluitatum impetum facit. Confirmat autem qđ diximus id quod inuenimus de motu cordis illico extracti ab animali nouiſſime mortui: qđ percipitur moueri motu dilatationis ⁊ conſtrictionis mediantibus villis. cũz tamen in illo non ſit virtus anime: vnde certe per tempus pulſat adhuc quãdo perfecte auffertur ex animali: ſicut in antehabitis dixim⁹: ⁊ hec etiam eſt doctrina Alberti. qualiter autem et gratia cuius ſint conſimiles actus: ſcilz dilatatio ⁊ cõſtrictio artariarum: inquiratur in anathomia artariarum in genere. libro tertio. ¶ Sunt preterea cordis alij etiaz actus ſiue operationes vltra eos qui fiũt per virtutes quatuor naturales non appropriatas nutricationi cordis quib⁹ generaliter operatur cor ad cuſtodiam vite in toto. de quibus diximus in his que antea. Cor enim etiaz nutritur cũz virtutibus ſuis naturalibus: dicebat Auicẽna. i. per ſuas virtutes naturales: ſcilicz quinqꝫ exiſtentes in ipſomet corde nutricationi eius ſolum appropriatas: quib⁹ proprium ſui nutrimentum ſanguinem ſcilz groſſum attrahit per ramum notabilem vene concaue ſeparatum ab eo priuſqꝫ vena concaua implantanda in dextrũ cordis ventriculum perueniat: ſicut oſtendimus imediate ante anathomiam cordis: ⁊ eundem retinet in ramulis illius vene per ſubſtantiam cordis diſperſis: quem digerit: mutat ⁊ conuertit in humiditatem ſecundam nutricationi eius ydoneam: ſuperfluitates autez digeſtionis inutiles expellit. demuz vero nutritur per appoſitionẽ: inuiſcationem ⁊ aſſimilationem humiditatis ſecũde nutricatiõi cordis ydonee. ꝯpletur aũt hoc vltimũ: per virtutem nutritiuã: cui alie virtutes miniſtrantes dicte famulantur: videlz attractiua: retentiua: digeſtiua ⁊ expulſiua: auctore Galieno tertio virtutuz naturaliũ. Ad cordis tamen nutricationem cũz virtutibus illis cooperat̃ etiã motus dilatationis cordis: eo ꝙ per ipſum attrahitur pars ſanguis plurima: cui⁹ pars in corde exiſtẽs conuertitur in ſpiritus vitales: ⁊ in ſanguinem artarialem: Cuius portio quedam per cordis ſubſtantiam ſpargitur intrans ramulum quendam artarie aborti: vt cor vna cum ſanguine venali nutriat. Huic nanque vene que cordi dat nutrimentum rationabiliter artaria confertur: ⁊ cum prodit a magna vena ⁊c. dicebat Galienus. 6. de vtilitate particularum. ſicut adduximus imediate ante anathomiam cordis. Per dilatationem enim cordis attrahitur ſanguis ad cordis iteriora. Dicebat nãqꝫ Galienus vbi ſupra. Aut enim attrahi oportet illud quod tranſponitur: aut mitti ab aliquo: aut duci. Et hec omnia inſunt materijs dyaſtolato corde. Attrahit enim id. mittunt autem preiacentes concauitates que ſunt ſecundum aures. concludunt vero vaſa. ⁊ horum omniũz principium motus eſt vnũ cordis ipſius dyaſtoles.

¶ Ex his autem apparet cordi attractiones duas deſeruire: eam ſcilz que fit per dilatationem eius: per quam vt diximus attrahitur ſanguis ad dextrum ventriculũ. Aliam autem habet attractionem naturalem qua attrahit nutrimentum propriuz ad ſingulas eius particulas: in quibus reponitur vice reſoluti: Tale autem nutrimẽtum cordi appropriatum eſt groſſum ⁊ ſpiſſum quo nutritur cor. ſeptimo de iuuamentis membrorũz: Neqꝫ re/

ete docent qui dicunt ſanguinem cor nutrientem abſolute non eſſe groſſuꝫ ⁊ ſpiſſum: quia ſcilꝫ ſit melancolicus: ſed ex ſanguine ſpiſſo cor nutriri dicunt reſpectiue: ſcilꝫ dextri ventriculi ⁊ venarum per ſubſtantiam cordis ramificatarum: qui reſpectu ſanguinis ſiniſtri ventriculi: ⁊ ſanguinis artarialis dicitur ſpiſſus. ſic enim determinantes Galieno non conſequenter conſentiunt: ſicut in his que preterierunt eſt conſpicabile.

❡ Nutrimentum autem quod prebet cor eſum via cibi: dicebat Iſaac Iſraelita: ſimile eſt nutrimēto prouenien te ex eſu lacertorum. Eſt enim cor de natura lacertoruꝫ .ſ. in nutriendo non alio modo: Lꝫ cor alijs viſcerib⁹ ſimilius ſit lacerto: non tamen eſt lacertus: ſicut diximus in antehabitis.

**Paſſiones** cordi euenientes plurium ſunt modorum. in primis quidem omnium nocumentorum aduenientium corpori primus occurſus eſt ad cor: ſicut ad baſim vite: auctore Meſue. Ipſum preterea ſoluꝫ viſcerum: atqꝫ omnino partium corporis nullum vitium patitur graue. Idqꝫ recta ratione: auctore Ariſto. 3. de partibus. Cum enim principiuꝫ corrūpitur: nihil eſt qđ ceteris que inde pendeant prebere auxilium poſſit. Indiciū autem ꝙ cor nullum affectuꝫ patiatur eſt: ꝙ in nulla boſtia cor ita affectū adhuc eſt: vt in ceteris viſceribus cernitur. Renes enim ſepenumero calculis ⁊ pannis ⁊ papulis referti videntur: atqꝫ etiaꝫ iecur ⁊ pulmo: ac potiſſimum lyen. Narrabat tamen Moyſes cordubē. auctoritate Galieni in. 7. magne anathomie: ꝙ inciſo apoſtemate orto in pectore cuiuſdam pueri: qđ ad ſaniem venerat os vnum pectoris putriduꝫ eſt repertum: quo extracto a loco cor diſcoopertum eſt: ⁊ ſenſui ſe manifeſtauit: ⁊ poſtmodum puer ſanatus eſt ſanitate perfecta: pectore ſolidato. Dicūt preterea medici cor pati poſſe morbos varios: Tum per eſſentiam: Tum etiam per cōmunitatem. ꝙ ſi cordi ſoluta continuitas peruenerit. preſertim vſqꝫ ad ventriculos eius confeſtiꝫ moriuntur emorroſagia: ⁊ magis ſi contingat ſiniſtrum ventriculū perforari. ❡ Amplius. cordi euenit etiam egritudo compoſita: ſicut apoſtema qđ non ſanatur in corde: ſunt eniꝫ apoſtemata cordis de eis qbus non eſt curatio: dicebat Serapio: precipue ſi apoſtema fuerit confirmatuꝫ ⁊ calidū: ita vt ad ſtatum perueniat incluſiue. prius enim mors eueniet per viam ſuffocationis accidentis ex apoſtemate probibente euentationem debitam cordis: ⁊ mundificationem. Non ſic autem fieret ſi apoſtema in pāniculo tegente cor eueniret. Non tolerat preterea cor nocumētum dolorum vehementium ⁊ vltimatorū: dicebat Auicēna: imo omnis talis ad vehementiam perueniens eſt mortalis: ſi etiaꝫ calor purus valde intenſus: aut frigus vehemens cordi eueniāt moritur ille cuius eſt: ⁊ omnino cuꝫ in corde remanet malitia complexionis ratione .ſ. vltimitatis malitie non recipit curam: Lꝫ etiam non confirmata ſit difficilis cure inuenitur. qui vero dicunt cor eorum qui cardiaca paſſione defecerunt cremari nō poſſe. Similiter etiam eorum qui veneno fuerunt interempti non recte ſentire videntur. experientia enim id facile cōuinci poteſt. ❡ Amplius cordi euenire poſſunt egritudines in numero ſtante vita: lꝫ tamen monſtroſe: quemadmodum contingit in ſimio anathomiçato: in cuius corde duo capita ſiue cuſpides inuenta fuere. de quo diximus ſecundū ſermones Auic.

❡ Egritudines autem cordi per cōmunitatem euenientes. aut ſunt propter cōmunitateꝫ caſſule lateris pulmonis: aut epatis: inteſtinorum aut aliorum viſcerū. ⁊ proprie ſtomaci cōmunitate.

TEXTVS

❡ Anathomia artarie aborti.

**Primus** quatuor eſſe vaſa cordi continuata: quorum duo ſunt itromittentia materias. ſ. vena concaua: Cui⁹ preterijt anathomia ⁊ vena artarialis. duo vero educentia. vꝫ. artaria aborti: ⁊ artaria venalis: quorum anathomia oſtendenda eſt. Et primo quidē artarie aborti: quā vas maximum appellabat Galie. eāqꝫ corrupto nomine artariam adorti nominat multitudinis vſus: quo tamen nomine nullibi ab antiquis: neqꝫ ab Ariſto. legimus appellari: ſed eaꝫ primo de hyſtorijs. ⁊. 3. de partibus pluries. ⁊ in quouis alio loco. vbi de ea diſeritur venam ſiue artariam aborti appellat. in nullo tamen locorum queꝫ viderimus cauſam aſſignat: Niſi ꝙ. 2. de hyſtorijs dicebat Ariſtote. dicta eſt aborti: eo ꝙ neruoſa ſit: Cuius pars veluti in mortuis cōſpici poteſt.

❡ Hec eſt vena: dicebat Albertus dicta: Ariſt. interpretatus: quaꝫ quidam antiquorum grecorum adorti: eo ꝙ inſpexerunt partem neruoſam que eſt in tunica dura interiori eius in anathomia corporum. Halyabbas auteꝫ dicebat ꝙ hec eſt vena illa: quam Ariſtoteles vocat auritbiam: nos vero audacem. Mundinus autem cur vocata ſit adorti aſſignabat: vel quia imediate a corde oriatur: vel quia principium ſit originis artariarum omniū que ſunt in corpore. Dicta ergo eſt artaria aborti ⁊ non adorti: aborti autem qđ eleuabilis ſit. abortos enim grece deriuatuꝫ dicunt ab aepio aero: qđ eſt eleuo. Inde artaria aborti. i. eleuabilis: ⁊ hoc modo etiam metaphorice dici pōt artaria audax: ⁊ lꝫ omnes vene pulſatiles hoc mō etiam ſint eleuabiles. Maior tamen earuꝫ ⁊ prima a ſiniſtro cordis thalamo explātata vena aborti: atqꝫ eleuabilis ratione ꝑncipatus meruit appellari.

**Subſtantia** cuius dicebat Ariſtote. arctior eſt ꝙ̄ vene maioris ⁊ vehementer neruoſa: ⁊ ꝙ ei⁹ creatio eſt ex tela. i. ex exteriori tunica que eſt veluti tela: ⁊ ex corio. i. ex interiori: que eſt ſicut corium.

❡ Amplius ꝙ eius meat⁹ ⁊ venule multo minores ſunt ꝙ̄ vene maiores locis a corde ſuperiorib⁹: in quib⁹ verbis plurimum deuiat Ariſto. a dogmatibus medicoruꝫ ſi componētes partes artariarum nouerimus in anathomia artariarum in genere aſſignandas libro 3°.

**Complexionem** artarie aborti eodem loco declarauimus.

**Quantitate** vo ⁊ figura inuenta eſt artaria aborti recta: grandis: dicebat Cōciliator differentia 31ª: quam etiam notificabat Ariſtoteles vbi ſupra docens eam duci a corde amplitudine inſigni: eāqꝫ neruoſiorem euadere. Eam quoqꝫ Galienus. 16. de vtilitate particularuꝫ. capitulo. 10. maximum vas appellabat: et tenſam ſecundum medium dorſi minorem fieri ſeipſa: ſicut etiam arborum ſtipites poſt ramorum explantationes: ⁊ fluuiorum decurſus poſt riuorum defluxiones. Ipſam quoqꝫ eſſe maiorem artaria venali: minorem autem vena concaua: auctor eſt Halyabbas cuꝫ Alberto: quam tamen Ariſtote. maiorem putauit: lꝫ non recte. Et huius quidem artarie a qua ſunt omnes que ſunt ſecundum corpus artarie orificium quod eſt ſecundum ſiniſtrum cordis ventriculum eſt notare: qđ inuenitur maximum omnium aliorum orificioruꝫ: auctore Galieno. 6. de vtilitate par. caplo. 13.

**Numero** vna ponitur artaria aborti: Cuius comparatione alie que ab ea germinātur ſoboles dicuntur: auctore Ariſto. Eſt enim ipſa veluti ſtipes: alie rami. hec veluti fluuius: illi ſicut riuuli: auctore Galieno. Partium autem ſuarum numeruꝫ ⁊ ramifica-

tionem eius paulo poſt oſtendemus.

Situm τ colligantiaꝫ eius quantum ad illius originem τ proceſſum alio modo aſſignāt philoſophi. Alio vero medici.

ADDITIO

Dicebat enim Ariſto. vbi ſupra venam aborti de ſinu medio exire non eodē modo quo vena magna: ſed per fiſtulam multo arctiorem ſocietatem inire τ tēdere a latere cordis: ſpargiq; in ramos qui partes vene maioris conſequuntur. verū meatus eius τ venule multo minores eſſe q̃ʒ vene maioris locis a corde ſupioribus: diduciq; longius. hoc eſt ad caput: aut imas partes in anguſtum ad modum coartari: τ nerui naturā ex toto accipere. ſpine preterea ānecti: abortamq; potiſſimam circa cor venulis pretenuibus τ neruoſis notum eſt eſſe: Sed rurſus ipſa parte ſuperiore qua ex corde ꝓtendi ſciſſam minorem eſſe venarum propagine duo petere loca: quippe que alias in latera τ humeros mittat: que mox per alas. i. per partem ſubaſſellarum ad duo focilia brachij in corporibus hominum: τ ibi pulſant. ferūtur in quadrupedibus ad crura anteriora: in auibus ad alas: in piſcibus ad pinas. ❡ Amplius. ipſaꝫ abortā mittere ad lactis ramos: ſubdebat Ariſto. quemadmoduꝫ τ maior vena. verūtamen longe minores. per anguſtos. n. τ fibris proximos. quippe quos extenuatos in fibras: cauas tamen ceſſare aduertimus. Ad iecur τ lyenem nullam abortam peruenire venam: qḋ τ confirmare videtur Galie. in libello de iuuamento anhelitus: cui credendum eſt cum dicat. in ſplene: vt ait Ariſto. nulla eſt artaria: quemadmodum nec in epate. dico tamen ſubdebat Galie. ꝙ in curuatura epatis τ ſplenis inueniuntur tam artarie q̃ʒ vene. In gibbo auteꝫ epatis ſole inueniuntur vene que conueniunt ad chilim venam. In gibbo vero ſplenis: nec vena: nec artaria. Addebat preterea Galie. Miror autem q̃ʒ plurimos antiquorum ignoraſſe vſum ſplenis in corpore humano: Alios autem opinatos noſcere penitus erraſſe. Solus autem Ariſto. in libro de partibus animalium diligenter ſup hoc ſcripſit qui fuit verus veritatis oſtenſor. Hec Galienus.

❡ Alios preterea duos meatus aborta vallidos τ ꝑpetuos ad veſicaꝫ ꝓcedere: ſubdebat Ariſt. atq; etiā alios de cauo renū eodē veniunt qui nihil cōmune cuꝫ vena maiore ſortiunt̄. ſingulis iteꝫ renib⁹ de medio venas exorſas cauas neruoſaſq;: iuxta ſpinā ipſam per venas ſe porrigere. Mox in coxam vtrāq; cōdi τ deliteſcere. deinde denuo porrectas in clunes apparere: quaꝝ τ ipſaruꝫ poſtremaꝫ: vt in ſexu virili ad veſicā genitaleq; coniciuntur: ſic in femineo ad vuluā: aut vterꝰ ptinēt. Hec Ariſt.

❡ Proceſſum vlterioreꝫ artariaruꝫ ad brachia: clunes τ crura τ pedes ſecundū doctrinaꝫ Ariſto. in ſequentibus oſtēdemus in anathomia manuum τ pedū maiorum.

TEXTVS

Medici autē ſermones Ariſt. tāq; peregrinos atq; elongatos ab eoꝝ doctrina: τ ab his que viſuntur in anathomijs repellētes alia incedunt via in aſſignatione originis τ proceſſus artarie aborti.

❡ Galienus enim. 16. de vtil. par. hui⁹ artarie aſſignationē adducēs non faciens mentionē de diuiſione ſiue partitione eius in ramos primos qui ab ea ſeparati per cor diſtribuūtur: dicebat. Eſt eniꝫ quoddā maximū vas: ſicut antea dixi prodiēs a ſiniſtro cordis ventriculo. τ in hoc cōtradicit Ariſtoteli velut ſtipes ad totuꝫ corp⁹ diſtributū. Hoc igitur maximū vas mox poſtq; explantatur a corde ad duas diuiditur partes. τ harum vna quidem verſus dorſum flectitur. vniuerſis quideꝫ iferioribus partibus mittere debēs artarias. Altera vo verſus caput fertur prebere debēs: τ hec omnib⁹ que ſupra cor ſunt diſtributōes vaſoꝝ. Facta eſt autē inequalis earuꝫ diuiſio: eo ꝙ plēs exiſtunt particule animaliuꝫ que ſunt inferius a corde q̃ʒ ſuperius: τ tanto eſt maior portio artarie que fertur deorſum ea que aſcendit ad ſſagen. i. ad duas furculas: quāto τ multitudo inferiorum particularuꝫ excedit ſuperiores: Sunt tamē quidā huius artarie rami pmi in quos ipſa puſq; ramificetur in eos quos diximus diuiditur: τ ab ea per cordis ſubſtantiā diſtribuuntur. de quibus meminit Gal. 6. de vtil. par. cum dicebat. artaria τ vena totū in circuitu cōprehendunt cordis corpus τc. ſicut adduximus in his que pterierunt de venis τ artarijs cordis imediate ante ipſi⁹ anathomiam.

❡ Sic itaq; a ſiniſtro cordis ventriculo due exeunt artarie: auctore Auicē. vna ad pulmoneꝫ vadit: que eſt artaria venalis: quā nominabimus in propria illius anathomia. Alia autē artaria maior hec eſt prima: dicebat Halyabbas. τ eſt artaria aborti: que in pmis cū ex corde oritur duo ab ea rami germinātur. Ex quibus maior in circuitu cordis reuoluitur: τ ſubdiuiſus in ramulos ſpargitur per partes cordis. Circuituꝫ eni cordis perambulat totuꝫ. deinde īgreditur τ diſtribuitur in eo: dicebat Halyabbas. τ minor reuoluitur: τ in vētriculo ſpargit̄ dextro. qḋ autem poſt duos ramos remanet cum ſeparat̄ in duas diuiditur partes: quarū vna eſt maior: Tum quia ad deſcendendū eſt apta: Tum etiā quia mēbra que poſita ſunt ſub loco cordis plura ſunt: τ in quātitate maiori his que ſuperius poſita ſunt. Et hec quidē ſunt membra que ſub corde ſunt poſita.

ADDITIO

Qualis autem ſit proceſſus: diuiſio atq; diſtributio huius vene artarie aborti in ſuo deſcenſu oſtendendum reſeruauimus vſq; ad finē anathomie membroꝝ attinentium parti poſteriori corporis humani. Diuiſiōes vero τ ſubdiuiſiōes τ inceſſus artarie aborti aſcendentis alio mō aſſignare inuenimus Galienuꝫ τ Auicē. Alio modo Raſim τ Auerroym.

❡ Auicēna enim docuit partē aſcendentē artarie aborti diuidi in partes duas. quaꝝ vna eſt maior: τ alia minor: Maiorem autē partem aſcendere: τ aſcēdendo tendere ad partē lehuati. i. partem mediaꝫ duarum furcularum: quā partem Raſis primo ad Almanſorē vocabat luba. Gal. vero. 16. de vtilitate parti. cap. 10. eam partē nominabat ſſagen. hanc preterea parteꝫ maiorem poſtq; ipſa peruenerit ad mediū furcularum tranſuerſaliter declinare ad partem dextrā donec veniat ad carnem laxam ibi exiſtentem ſimilē moro. Hanc autem glanduloſam carnem eſſe ei loco lecti ſeu mollis ſtrati: ſuper queꝫ recumbit. Eandēq; partem maiorem illic prouenientem diuidi in tres partes: τ duas ex his tribus partibus eſſe duas artarias vocatas arabice aſubeteni. τ iſtas artarias aſcendere ad caput: vnam a parte dextra: aliam vero a ſiniſtra aſſociatas duabus venis non pulſatilib⁹ aſcendentibus ad caput: que arabice dicuntur vene guadege ſiue vene guideꝫ occulte: ꝓfunde ſiue ſubmerſe. Eſt aūt aſcenſus harum artariarum que feruntur ſurſum ad ſſagen. i. ad mediuꝫ furcule via recta: τ ꝗcitiſſime. i. breuiſſime copulāde. i. vt appodictur: τ oſſi qḋ eſt ſupra medium pectoris: dicebat Galie. 16. de vtilitate parti. capitu. 10. de quibus erit ſermo in anathomia venarum guideꝫ

❡ Partem preterea tertiam maioris partis artarie aſcēdentis: ſubdebat Auicē. diſpargi in thorace: τ in primis. i. ſuperioribus coſtis: τ in omnibus ſpōdilibus colli: preterq; in ſeptima: τ in partibus circa furculaꝫ donec perueniat ad caput ſpatule: τ ab inde tranſire ad partes manus. ❡ Amplius τ partem minorem artarie aſcendentis tranſire ad parteꝫ aſcelle. Et diſtribui illis partibus quibus eſt diſtributa tertia pars maioris partis artarie

aſcendentis: Cuius diuiſionē paulo ante declarauimus. Hec enim pars minor exiſtens pars: veluti ramus a maiori parte: ſicut a trunco deciſus: eſt illa: de qua dicebat Galie. 16. de vtilitate parti. cap. 10. hec verba. Altera vero .ſ. artaria aſcendens poſt primā explantationem mittit quandā portionem eius ad ſiniſtrā omoplatam .i. ſpatulam: et aſtellā ſupertenſam que ſuper pulmonem vehēs .ſ. appodiata: et per membrana et ligamenta firmata vſq ad primā quidem coſtam fertur ſurſuz indiuiſa: vt .ſ. tutior incedat ſine periculo fracture tempore fortium motuum pectoris et pulmonis. non enim tutum erat diuidere eam ſublimē. Hec preterea minor pars artarie aſcendentis poſtq̄ peruenit ad primā coſtam. ab īde aūt īuenitur diuidi in quatuor principales partes ſiue ramos: quorum primus tendit ad primā meſopleuria .i. media coſtarum. Alius ad hypocundrium et māmillam aliam ſubtenſam toti pectori. et tertia ad dorſalez .i. nuchā que eſt in collo que pertranſit ſpondilium foramina mittendo cum hoc: et vicinis ſecundū viam muſculis germina. Reſiduum vero huius artarie ad totam ſiniſtram manum: et omoplataz .i. ſpatulam diſtribuitur. Et in totidē ſiles ramos diuidit tertia ps maioris artarie aſcēdētis.

¶ His autem duabus partibus artarie aſcendentis: maiori. vz. et minori non ſolum correſpondent oſſa quib᷒ ſuſtentantur et defendantur: ſed pars minor habz etiā panniculum ſibi ſubmiſſum et cartilaginem. Pars autē magna habet glandulam mollem ſibi ſuppoſitaz veluti lectum: propter qḋ non ſolum inceſſum harum artariaruz reſpicere oportere: dicebat Galie. Sed etiā regionez cōſiderare euidēter: vbi primū aſcendit in oſſib᷒ alterutra pars artarie. inuenies enim non pmiſſoriū ſolum: ſed neq firmationem alterutri preparatum eſſe os: ſed adhuc cum his alteri quidē vaſorum ſubmiſſum membranuz et cartilaginem: que ſubiungens intrinſecas partes ſpondiliū: velut ſubſtramen aliqḋ ei preparata eſt. Alteri vero qḋ ad ſfagen .i. medium furcule aſcēdit maximū et molliſſimū adenē .i. glādulā ad iſtar lecti ſubmiſſum.

¶ Raſis aūt pmo ad Almanſorē alio mō pceſſum: diuiſionē et diſtributionez artarie huius magne aſcēdentis aſſignabat. volens partē artarie ſuperiora petentē in ramos diſpartiri ab vtraq tendētes latera: qui mēbris in ipſa ramoꝝ rectitudine exiſtentibus cōtinuantur: vt calorem eis tribuāt innatuz. Hi autē rami tādiu ſic protenduntur donec in directo aſtelle exiſtāt vbi a predicta artaria vnus egreditur ramus qui vna a vena aſtellata ad manū vadit: et per ipſam diuidit̃. Ab hoc aūt ramo qualiter ſeparentur rami ad occultos et manifeſtos adiutorij muſculos tendentes in anathomia artariarū brachij eſt conſpicari. TEXTVS

Inueniuntur ꝑterea tres panniculi duri ſupra originem et orificiū artarie aborti: quorum diſpoſitionez diximus in anathomia cordis ſufficienter.

Iuuamentū artariarū qḋ aſſignabimus īferius lib°. 3°. in anathomia artariarū in genere: precipue micat in artaria aborti: que ſecundū doctrinā medicoruz non ſolum preſtātior eſt vena cōcaua: contra Ariſt. imo etiaz quacūq alia artaria. Fuerūt autē artarie neceſſarie nature: dicebat Halyabb. quo a corde naturalez ſumerent calorē: et ad omnia deferrent mēbra. Maxime enim artaria aborti eſt via ſpūs. ſpiritus autē eſt vehiculū vite et virtutis. Ideo et ipſa eſt via vite et virtutū que vite habent operationē et potentiam. in hoc autem conſiſtit ſalus indiuidui. ADDITIO

Ariſtoteles vero opinatus fuit venā concauam digniorez eſſe artaria aborti: ſicut et dextruz vētriculum a quo ſecūdū ipm illa vena orit̃ digniorem ſiniſtro. TEXTVS

Iuuamentū preterea prebēt quedā artariaruz que originātur ab aborti: ille. vz. q̄ aſſociātur venis nutriētib᷒ cor: Tum vt ſimul cū venis illis cordi nutrimentū afferāt completū qui eſt ſanguis artarialis veluti qnidē forma exiſtens ſanguinis venalis qui ſe habz ſicut materia: Tuz etiā vt ſint refrigeriū venarum ſparſarū per ſubſtanciā cordis aerē deferētes ad cuſtodiaz bone complexionis cordis et partium eius internarum. ADDITIO

Per quam autē regionem calor naturalis q eſt ſpiritus in artaria exiſtens moueatur: eſt iter ſapiētes diſcordia: Iſaac enī iſraelita opinabatur q per concauitatē artarie: non autē per corpulentiam: Cuius rei fidē adducebat: qr ſubito motus ſpirit᷒ exiſtēs in artaria pcedēs ad mēbra peruenit cū peruietate et claritate ſua: Lz eniz ſpiritus in artarijs: et q in venis exiſtūt ſint calidi: ille tamē qui in artarijs īuenit̃ eſt plurimus: calidior tamē et ſubtilior ꝓximius nature fumi. qui vero in nō pulſatilib᷒ modicus eſt et nebuloſus: auctore Galo. 9. de vti. par. Alij autez opinati ſunt ſpūm in artarijs moueri: non quidē per ꝯcauitatē: qr ſanguis moueat̃ per eā: ſed per corpulentiā artarie.

¶ Auic᷒ vero medius iter hos tam per concauitatez q̄ per corpulentiā artarie ſpiritum dixit moueri.

Paſſiones artarie aborti quales cōtingat eē eſt cōſpicabile ſi puentur iuuamētis q̄rum gratia facta eſt. que autem ſint paſſiones artariarū 3°. lib. in anathomia artariaꝝ in generali.

¶ Anathomia artarie venoſe ſiue venalis.

Artarie venalis eo q ipſa eſt vnuz vaſoruz īſigniū educentiū materias a corde oſtenſionē faciemus: que arabice taburidi nominat̃: auctore Auerroy. Ipſa autē habēs vnā tunicaz ab omnibus alijs artarijs eſt diuerſa: et ꝓpter hoc vocāt ipſam artariā venalez: dicebat Auic. Artariā quidē: Tū qr a ſiniſtro cordis ventriculo originē habz: Tum etiā quia defert ſanguinē artarialē: et ſpūs vitales: Tum etiā qr aſſidue pulſat. venalis vero qr ꝯſtat ex vna tunica tm̄: ſic vene nō pulſatiles.

Subſtantia autē huius artarie habet vnaz tunicam: ſimplicē: tenerā: fragilem. ideo artaria venalis eſt dicta: auctore Halyab. ex vnica autē tunica creata fuit: dicebat Auic. Tum vt ſit mollior: et leuior: et ad dilatādum et conſtringendū magis obediens: Tum etiā: et hec cenſetur pncipalior cāuz cur hec artaria tm̄ habeat vnicā tunicam: vt .ſ. ipſa ſit aptior ad hoc q ab ea reſudet ſanguis ſubtilis et vaporoſus: qui maxime congruit ſubſtātie pulmonis: et qui iam in corde fuit ꝓpinquus complemēto digeſtionis. Neq fuit neceſſaria huic ſanguini completa et perfecta digeſtio in corde ſicut fuit neceſſaria ſanguini currenti per artariā aborti: eo q locus in quo hic ſanguis recipit̃ .ſ. pulmo eſt ꝓpe cor: Ad quez exuberāter influitur virtus caloris facile digerens. ADDITIO

Quod aūt hec ſit pncipalior cauſa ꝓ: q̄re hec artaria habz vnā tunicam. vz. exuberās reſudatio ſanguinis videtur ſentētia Gal. 6. de vtili. particu. ca°. 8. cū dicebat. Et alijs quidē membris artarie groſſe et ſpiſſe facte omnifariā paucum et vaporoſum ſanguinē adiacentibus particulis attrahere concedunt. Pulmoni vero multū talem permittunt pre raritate et ſubtilitate non potētes continere. Neq enī ita rarā et leuem et ſpumoſam inuenies aliā particulaz proximā. vz. ita ſanguine puro et ſubtili et vaporoſo nutritam. TEXTVS

**Tum etiam** ideo vnicā habuit hec artaria tunicā:q2 pulmo in quo ipſa artaria venalis pulſat eſt rarus:ſpōgioſus: mollis: ⁊ ſic non timet̄ ꝙ cum pulſauerit ⁊ percuſſerit in pulmone raro ꝙ ipſi⁹ duritiei ei noceat. Et ꝓpterea in corpore huius artarie non tāta groſſities ⁊ ſpiſſitudo tunicarū fuit neceſſaria quanta fuit neceſſaria alijs artarijs vicinantibus membris duris. Cūq; inter neceſſitatem firmitudinis ⁊ ſpiſſitudinis huius artarie venalis.ne.ſ.facile rumpatur cōparatum fuerit. ⁊ inter neceſſitatē lenitatis ⁊ tenuitatis eius vt.ſ.facilius dilatet̄ ⁊ conſtringatur: ⁊ vt reſudet ab ea ſanguis īuenietur ꝙ lenitas ē illi magis neceſſaria ꝙ̄ ſpiſſitudo et firmitudo:quia ſatis obuiat rupture molle ſtratuʒ cui iniacet: ⁊ valde neceſſaria eſt exuberās ab ea reſudatio ſanguīs ſubtilis ⁊ vaporoſi pro nutritione pulmonis. Cur autē hec artaria venalis habuerit vnicā tunicam. vena autēʒ artarialis que defert ſanguinē a dextro ventriculo cordis ad pulmonem inueniatur conſtructa ex duabus tunicis: ⁊ non pulſet: cum tamen ipſa recipiatur in membro molli.ſ.in pulmone:ſicut ⁊ artaria venalis diſcutiemus in anathomia illius vene artarialis paulopoſt. TEXTVS

**Complexio** huius artarie nota fiet libro 3.° allegata anathomia. magis tamē īuenitur ꝓpinqua cōplexioni venarū quacūq; alia artaria: lʒ calidior ſit complexione illarum ſaltēʒ complexione īfluxa ſibi a contento in ea.

**Figuratur** figura aliarum artariarū. veruʒ duʒ ipſa īgreditur ſubſtātiā pulmonis figurari īuenitur ſm exigētiā operationū quas hʒ exercere in ſubā pulmonis cui ex parte famulatur.

**Quātitate** īuenta ē mior ꝙ̄ artaria aborti: lʒ ipſa etiā ſit lata ⁊ īſignis capacitatis.

**Numero** vnica eſt:ab alijs tamē artarijs vt diximus variata.

**Situ** hec artaria a ſiniſtro ventriculo:ſicut etiā artaria aborti explātat̄: neq; tamē fuit opportunū ꝙ ſicut ambe artarie explātantur ab eodē cordis vētriculo a quo ⁊ egrediūtur. ita eas vniri in vno trūco: Cui⁹ cauſa eſt:q2 opus fuit has artarias in ſubſtātia fieri diſſimiles:hāc.vʒ.habentē vnicam tunicā. illam vo.ſ.aborti duas. Eſt autē origo huius artarie ex ſubtilioꝛib⁹ partibus cordis:dicebat Aui.vt.ſ.ab ipſa exiſtēte ſubtili exuberātius reſudet ſanguis: ⁊ a parte ad quā veniūt cordi vene non pulſatiles.ſ.appropriate ad cordis nutricationem.non aūt itelligatur de vena magna dextro cordis vētriculo iplātata:eo ꝙ ipa nō defert ſāguinē ꝓ nutricatiōe cordis: ſʒ pulmonis. vnūqdq; enī q̄le eſt: tali idiget nutrimēto: dicebat Gal.6.de vtil.par.ca.16. Ratiōabilr cor qdem groſſo:pulmo autē vaporoſo ſanguine idiguit: hec eſt cauſa cur non nutrit̄ cor ex ſeipſo: Sed antēq̄ implātetur in dextro vētriculo cōcaua vena pars eius tam magna:q̄lis maxime nutrire ſufficit cor ſegregata inuoluitur circa caput eius extrorſum. ⁊ ad oēs particulas diſſeminatur. Hec autēʒ artaria venalis imediate a corde oriēs tranſit ad pulmoneʒ in quo diuiditur in plures ramos: Tuʒ vt aer iſpiratus per eaʒ trahatur ad cor pro illius refrigerio: ⁊ iteꝝ vt per eandē expiratus depellatur cuʒ fumis ⁊ vaporibus poſtq̄ calefactus a corde fiet inutilis pro illius refrigerio: Tum etiam vt per eam deferatur ſanguis a corde ad pulmonem pro ſuo nutrimēto: eo ꝙ ſanguis quo pulmo debʒ nutriri ꝑmo ab epate ad cor aſcēdit: ⁊ ꝯſiter a corde in pulmonem.

¶ Tendens itaq; hec artaria venalis ad pulmoneʒ ſpargitur per partes pulmonis:ꝑſertim in antecedentes partes ipſius:in qb⁹ etiā ſubmergitur partita in partes plures ⁊ ramos:qui etiā ſeruant naturā ſui ſtipitis.oēs enīʒ inueniuntur vnius tunice tm̄: ⁊ pulſare.

**Colligantiā** hʒ artaria venalis cuʒ corde: ⁊ cum trachea artaria que dicit̄ cāna pulmonis. ipſa.n.artaria venalis a corde ad pulmonē tranſiens copulat cuʒ corde tracheas artarias. īuenitur nāq; per pulmonis ſubſtantiā diuidi:ſicut etiaʒ trachea artaria: ⁊ orificia que ſunt in extremitate ramoꝝ trachee artarie in pulmone obuiāt ⁊ applicātur orificijs que ſunt in extremitatibus ramoꝝ vene artarialis. Sicq; a trachea artaria fit tranſitus aeris īſpirati in artariā venalē ⁊ ab artaria venali in cor. Nō enīʒ rami trachee artarie debuerūt imediate cordi implantari: quāuis forte ſi ſic factuʒ fuiſſet expeditius pertrāſiſſet aer ad cor: ꝑſertim cū rami trachee aſpere artarie ſint cartilaginoſi duri nō in ſe cōcidētes:ſicut rami artarie mollis: nec fuiſſet op⁹ artaria venali. Si nanq; imediate rami trachee artarie cordi iplātati fuiſſent aduenīſſent inde icōmoda: Tū q2 duritie ſua ītuliſſent cordi nocumentū: Tum etiaʒ quia ſi ita fuiſſet pulmo partē ſue nutricatiōis amiſiſſet:eo ꝙ artaria venalis nō ſolum eſt iſtrumentū anhelitus: ⁊ via aeris:ſed etiā pulmoni affert ſanguinē ſubtilem puꝝ vaporoſum ex quo nutritur: Ita docēte Galo.6.de vti. par. cap.26.cum dicebat:Sed lenes que ad cor copulare debent tracheas artarias multotiēs monſtrate ſunt iā ſubtilē ⁊ puꝝ ⁊ vaporoſuʒ ſāguinē ꝯtinere ⁊ nō exiſtere ſoli⁹ ſpūs.i.aeris organa. Lenes aūt dicunt̄ artarie.i.molles ad oſ̄iam tracheaꝝ artariaꝝ.i.aſperaꝝ. ADDITIO

**Lʒ autem** in artaria venali cum aere iſpirato ingrediatur ſanguis:ſicut diximus:pars tamen illius ſanguinis non īgreditur artariā vocaleʒ ſiue tracheā artariam:quāuis ſibi īuicem obuient ⁊ applicentur rami harum artariaꝝ in ſuis extremitatibus: nā ſi ita eſſet quaſi continuo fieret ſanguinis expuitio. Ingenioſa enī natura intantum cōſtrinxit orificia artarie venalis que cōiungūtur orificijs trachee artarie ꝙ expedite per ea trāſeāt hec tria corpora ſubtilia:aer:vapores:fumi. Nō autē ſanguis neq; aliquis alter humor:niſi cum violentia aliqua illata illis ſuperflue aperiātur: ita docente Galo.6.de vtil.par.cap.26.cū dicebat. Aſpere vero.i.trachee artarie ſole pure ſanguie exiſtētes per medias lenes.i.molles artarias copulate ſunt cordi. oſ̄no autem ⁊ harū orificia a natura que nihil irrationabiliter operat̄ intantū perueniunt cōmoderationis: vt vapori quidē ⁊ ſpiritui.i.aeri viaʒ prebeāt.ſanguini vero ⁊ ita groſſis ſubſtātijs ſint non greſſibilia. ⁊ ſi aliquādo eā que ſecundū naturā ꝑdiderit cōmoderationem. Anaſtomate.i.ſibi inuicē adaperientia ſua foramina tradit̄ tracheis artarijs: ⁊ lenibus ſanguis: ⁊ tuſſim cōfeſtim facit: ⁊ ſupereductionē ſanguinis:ꝙ ſi viam non prebeāt ſanguini orificia artarie venalis:per ea tamē trāſit ſanguis in pulmonē ſaltem per viaʒ reſudationis ex poris ⁊ foraminibus eius ex quo pulmo nutritur. Et lʒ pulmo habeat venā propriam deputatā ſibi:vt ferat illi ſanguinem abundātem preparatū in dextro ventriculo cordis.ſ.venam artarialē. Neq; enī pulmo ex alia vena melius vtiq; nutrietur:dicebat Ga.6.de vtil.par.cap.9. Nō tamen ſufficit ille ſanguis pro nutrimēto pulmonis: eo ꝙ a vena artariali non pōt multus ſanguis reſudare ꝓpter ſpiſſitudinē ⁊ duplicitatē ſuarum tunicarum: ⁊ quia pulmo plurimo eget nutrimento: Tum q2 pulmo eſt in cōtinuo motu: Tum quia recipit continue a corde plurimuʒ calorē: Tū demū q2 rare ſubē ⁊ reſolubilis. TEXTVS

**Iuuamentum** hui⁹ artarie:auctore Halyabb. cōſiſtit vt deferat ad pulmonē multā ſanguinis ⁊ ſpūs quantitatē ſuā ꝓpter fragilita-

teꝫ:que a pulmone:ꝛ aerē recipit:ꝛ ad ipm ſanguinē defert quo paſcatur:vt aer nāqꝫ per eā a pulmone ad cor attrahaꝫ:ꝛ viceuerſa ſanguis a corde veniens qui ſubtilis eſt:ꝛ ſpū plenus nutriat pulmonē.cor enim pulmoni ſibi deſeruiēti retribuit ſꝫ hunc modū.Eſt nāqꝫ trāſitus nutrimēti pulmonis ad cor:ꝛ a corde ad pulmonem vadit: auctore Auicēna. ADDITIO

Retributionē enī quandā eā que eſt ex corpore nutricatiōis videtur cor prebere pulmoni.dicebat Gal.6.de vtil.par.ꝛ hoc cambiuꝫ preſtare ei per ſpm̄.i.aerē quē ab illo recipit.Egebat enī pulmo nutrimēto:ſed nō erat melius mox ex cōcaua vena ad ipm peruenire ſanguinem:q̄uis ipſa veniat iuxta eū:ꝛ cōtingat euꝫ:qm̄ oportebat nām aliā vaſis ꝑparare formā nutrienti ipm in nullo ꝯcaue vene ſimilante epiphiſim.i.explātationē habere mēbranoꝝ qualia non hꝫ concaua venā:ꝛ hoc a nullo habere potuit niſi a corde. Nihil enim ꝓpter que ſe cōtingat natura:ſed ſm oīa ſapiēter fecit in pulmone:ſicut neqꝫ in alia particula in oībus oialibus. permutāt enim tunice vaſoꝝ artarioſam faciens venā:ꝛ venoſaꝫ faciēs artariā.in alijs enī omnibus particulis groſſities tunicarū eſt equalis.vena autē ꝛ artaria hꝫ nō equales:qꝛ melius fuit pulmoni habere venoſam artariā:ꝛ artarioſam venā:qꝛ tamē nō erat ſufficiēs vas qđ ex corde pulmoni implātatur.ſ. artaria venalis totū corpus cordis refrigerare groſſuꝫ ꝛ dēſuꝫ exiſtens ſufficiēter.ſ.ipm cor:Ideo rationabilr̄ venis deferētibus nutrimentū cordi artaria aſſociata cōferē ꝛ cōprodit:a magna rurſus hac artaria.ſ. aborti taꝫ magnuꝫ germen facta quale debebat maxime ꝑdictaꝫ refrigerare venā.ſ.nutriētē cor:ꝛ extriſecis partib⁹ cordis eucraſiam īnate caliditatis cuſtodire:dicebat Gal.

¶ Quāuis aūt artaria venalis que pulſat moueatur motu dilatationis ꝛ ꝯſtrictionis:nō tamē ſemper ſuo motu ꝓportionatur motui cordis:ſicut neqꝫ pulmo: Ita ꝙ nō ſemper dyaſtolāte corde ipſa dyaſtolat: neqꝫ eo ſiſtolāte illa ſiſtolet:imo potius ꝓportionatur motui pulmonis. Vene enīꝫ pulſatiles que ſunt in pulmone dilatātur hora dilatatiōis pulmonis:ꝛ cōſtringuntur in hora conſtrictionis eius:auctore Galo.7.de iuuamentis membroꝝ. ꝯequid non recte dicat Turriſian⁹.z.tegni.ſentētiā Galieni damnās.Senſit enī ipſe ꝛ docuit ibidē artariā venalem dilatari ꝛ cōſtringi dū cor:non autē dū pulmo dilataꝫ ꝛ ꝯſtringitur:Cui⁹ oppoſitū dicit eſſe de motu aliarum artariaꝝ.Cui⁹ ratio eſt vt ipſe dicit: Tuꝫ qꝛ niſi ita eſſet nihil per eā duceretur ad cor: qꝛ in ꝯſtrictione cordis clauditur orificiū hui⁹ artarie venalis:ſicuti orificium artarie aborti aperiꝫ.Tum etiā qꝛ quādo cor dilatatur aer per illam: ꝛ ex illa ad cor ducitur. Neqꝫ in ea eſt aer:niſi quādo ipſa dilatatur. Opꝫ igitur ꝙ ipſa dilateꝫ dū cor dilatatur:Et ratiōe huius creata fuit vnicaꝫ hñs tunicā:vt facilius obediret cordi in ſuis motibus: dicebat Turriſian⁹:Si tamē Gali ſermones ſunt veri. in li⁹ de itroducēdis in pulſu.ad teucrū.ꝛ z⁹.virtutuꝫ nāliū. tenendū eſt oēs quidē artarias pulſare codē: ꝛ alternatim ſibi inuicē ꝛ cordi:vt ex vna eaꝝ poſſit de omnib⁹ cōſimil liçari ꝛ argumētari. qualitercūqꝫ tamē alij iterpretētur hanc auctoritateꝫ pōt ſeries illoꝝ verboꝝ ſic adaptari. vꝫ.alternatiꝫ ſibi pulſant in adinuicē artarie ꝛ cordi: vt hꝫ viciſſitudo per oppoſitū audiatur ordinata.ſ.ꝙ quādo cor dilataꝫ:artarie cōſtringantur.Sic itaqꝫ tenendū eſt artariā venalē cōſtringi dum cor dilatatur:ꝛ ipſaꝫ dilatari dū cor cōſtringitur ſaltē quantū ad principiū eius terminatū verſus cor: ꝛ quouſqꝫ repleatur. qđ quidē cōmune eſt omni artarie: que omnes cōſimilr̄ alternatim cordi pulſant:ꝛ in motibus ſuis illi famulātur.Duꝫ enīꝫ cor cōſtringitur pellit a ſe in ipſam.ſ.artariā venalē: ſanguinē:ſpūm:ꝛ aerem calefactum:ꝛ vaporeꝫ capnoſum.i. fumoſum.Dū vō cor dilatatur attrahit ab ea:in cuius attractione ipſa euacuatur ꝛ cōſtringitur. In alijs autēꝫ locis que nō ſunt ꝓpinqua cordi:Lꝫ in alijs partib⁹ huius artarie elongatis a corde poſſit ipſa dilatari ꝛ cōſtringi nō cōſimilr̄ cordi:ſicut etiā alie artarie:ꝛ ita cōmuniter exponitur ſententia Gali in auctoritate allegata. Cōtra quē non militāt rōnes Turriſiani:dilataꝫ enim artaria venalis dū cor cōſtringitur:vt cōcluſim⁹. ꝛ cuꝫ toto hoc ſaluatur aerē per eam vehi ad cor:ꝛ quāuis orificiuꝫ huius artarie cōſtringatur dū cor ꝯſtringitur:ſicut orificiū artarie aborti aperitur:nō tamē ſic ꝯſtringitur quin per ipſuꝫ pertrāſeāt:que ſunt pertrāſeunda. Cuius rei fides ꝛ cauſa ſunt ꝙ natura ſuper huius artarie orificio nō formauit niſi duas epiphiſes ſiue explātationes mēbranorum ꝛ pelliculas:aut hoſtiola ſeu coopertoria:ſicut diximus:cū tamen ſuper quolibet orificio aliorum vaſoruꝫ cordi continuatoꝝ tria formata coopertoria iueniantur diligenter ad orificiū claudentia:ꝛ ſicut hoc ideo factuꝫ eſt in illis:ne in cōſtrictione cordis plurimuꝫ ab eo ſanguis effluat: Ita in orificio artarie venalis duo tm̄ conſtructa ſunt coopertoria:qꝛ ſoli huic artarie melius fuit non diligēter claudi:vt ab eo expelli poſſit fumoſus vapor in corde multiplicatus:ꝛ ſanguis artarialis: Lꝫ plurimū quidē aeris:parum vō ſanguinis cōtineat hec artaria aliarum cōparatione nutriturī pulmonē: ſicut in antehabitis oſtēdimus in anathomia ventriculoꝝ cordis diſpoſitiōes orificioꝝ cordis deſignantes. Et q̄uis quādo cor dilataꝫ aer per illaꝫ:ꝛ ex illa ducatur ad cor:ſicut dicebat Turriſtanus in ſcđa ratiōe.in hac tamē artaria aliqđ continuo eſt aeris anteq̄ ipſa dilatetur:lꝫ non tantum quantū dum dilatatur:preſertim non tantum quantuꝫ in ea reperitur in fine dilatationis: nam cū ipſa dilatatur plus de aere eſt in ea q̄ per dilatationem illam recipiat:ꝛ plus q̄ per cōſtrictionē poſtea expellat. ¶ Amplius.cuꝫ hec artaria dilatatur ſimul attrahit a corde ꝛ a pulmone:neqꝫ hi duo motus ſeinuicē impediūt cuꝫ artaria ſit lata ſatis ꝛ magne cōtinētie ſiue capacitatis: ſicut diximus:ita vt aerē frigidū a pulmone attractū:ꝛ aerem calefactum a corde attractū inutileꝫ pro refrigerio eius ſanguinē ꝛ ſpūm cōmode recipere:ꝛ receptos continere valeat:Ingenioſa autēꝫ natura ꝑcepto dei glorioſi ꝛ excelſi ſeparat aerē frigidum vtilē pro cordis refrigerio ab inutili ꝛ calido ſecū cōmixto:ꝛ ſpūm a vaporib⁹ capnoſis quos preſtās fuit ſpiritibus cōmiſceri: vt magis expedite expellerētur a corde:ſicut melior fit pānorum mūdificatio ſi cū lixiuio ſaponē iuiſcantē ſorditiem pāni imiſcueris. Inueniūtur enī in nobis plurime ſegregationes cōſimiles que ieuitabiles ſunt. Sic itaqꝫ ſenſit ꝛ docuit Ga.motū artarie venoſe ꝓportionari motui cordis ꝛ etiā pulmonis:ita vt dilatetur extēſiōe pulmonis: ꝛ cōſtringatur cōſtrictione eiuſdē.ꝛ conſimilr̄ cordis:eo mō quo declarauimus.Duplex tamē in hac artaria inuenitur attractio: ꝛ ſimilr̄ duplex expulſio ſimul vel ſiſtis coexiſtēs:dicebat Cōcilia.differētia.80. vna quidē qua attrahitur aliqđ a corde per ꝑncipiuꝫ ipſius artarie vbi eideꝫ cōtinuatur.Altera vō qua per illius extremitates ꝓximiores pulmoni aer frigidus attrahitur:eodēqꝫ modo in earuꝫ cōſtrictione impellitur in ipſis ad cor cōtentū: ꝛ amplius in q̄ extra:ꝛ ea de cauſa villi ſubſtantiā artariā integrantes latitudinales quideꝫ poſiti ſunt in tunica iteriori.longitudinales autē in exteriori: quo qdeꝫ ſitu lōgi attractiui attrahēt:ac lati expellēt ſimilr̄ ꝓpulſiui:quomō aūt aer attractus anhelitu ꝑ pulmonē tranſiens ducaꝫ ad cor:notū fiet in anathōia pulmonis.

**Paſſiones** huic artarie euenīētes qualis ſint ē ſatis cōſpicabile: dicebat tñ Ariſto. 3° de partib⁹. Circa artariā pulmonis perexigua accidere vicioꝝ genera: reſpectu. ſ. pulmonis: lyenis: ⁊ iecoris. de quibus ibidē ſermonē facit: Idq3 ratiōe recta. hec. n. maxime cordi aſſociatur. TEXTVS

⁋ Anathomia vene artarialis aut artarioſe: quā Gal. appellabat. 6. de vti. par. vas artarioſum.

**Substantia** huius vene: quā diximus eſſe vnū vaſoꝝ duoꝝ intromittentiū māº in cor creata fuit geta. i. nō pulſatilis: ⁊ in hoc ꝯmunicat alijs ꝑprie vocatis venis: tamen illud in quo cōuenit cum artarijs eſt: q2 duas hr̄e tunicas īuenta eſt: ⁊ ideo artariaz vocant venalē: dicebat Auic. Tū vt ſanguis ab ea effluens ⁊ reſudās per duas illius tunicas depurat⁹: colatus: ⁊ veluti cribratus fit tenuiſſimus: ſiue in vltimo ſubtilitatis aliquātulū ſimilis ſubſtātie pulmonis: qm̄ paꝝ eſt ꝙ hic ſanguis exiuit a corde: eo ꝙ in via ⁊ trāſitu paruā morā duxit: ⁊ etiā in corde: neq3 eſt ita decēter digeſtus ſicut ſanguis artarialis: quē cor per artariā venalē fundit in pulmonē. ⁊ hoc eſt etiam quod dicebat Halyabb. ideo fuit duas habens tunicas: vt per eā qui ꝑuenit ſanguis ad pulmonez tenuis ſit ⁊ ſubtilis. ⁊ hic quo irrigat pulmo ꝑpter ſui ſpongioſitatē corporis. omnia eniz mēbra ſibi cōfigurato ⁊ cōuenīēti egent cibo. pulmo autez ſicut oſtēdemus ſubtilis eſt ſubſtantie: ideo ⁊ hꝭ eget cibo: Tum etiā vt ſanguis multū ⁊ diu ſiue perfecte digeratur in ea non reſudās cum abūdātia: ⁊ facilr̄ per duas tunicas donec ſit ſubtiliatus: Tūz etiā ſicut cōmuniter dicit. ideo tunicis duabus munita fuit ne motu ꝯtinuo cordis ⁊ pulmonis rumperetur.

**Complexio** hui⁹ vene eo redditur calidior complexiōe aliaꝝ venaꝝ: quo magis accedit ad naturā artarie: ꝑcipue tamen rōne ſanguis quē cōtinet ſubtiliorē ⁊ calidiorem.

**Figura** quātitas: ⁊ numerus partiūz eius manifeſta fiēt in his que dicētur in anathōia venarum ⁊ artariaꝝ in genere. libro 3°.

**Situm** ⁊ colligantiā huius vene in ſua origine alio mō aſſignare iuenimus Galᵐ: alio vº modo Auic. ⁊ Halyabbatē. Gal. n. 6. de vtili. parti. docebat venam artarialē explātari a duriori ⁊ dēſiori parte cordis dicēs. Neq3 eni ex ipſo corde: quāuis groſſum ſit ex alia parte ꝑdit artarioſum vas vel venoſuz: ſ3 ex ſubtilibus quidē ⁊ mollibus: ſimplicia ⁊ mollia ⁊ ſubtilia. duplicia vº rurſus ⁊ groſſa ⁊ dura ex ſtrictioribus. i. denſioribus eius explantantur particulis.

**Figura** laringe eſt rotũda circularis. a ꝑte eñi hyſophagi eſt cartilago laringe: Cuiꝰ ſile nõ ẽ in trachea artaria tota que a parte anteriori gule eſt cartilaginoſa. A parte aũt poſteriori hyſophagi eſt pãniculoſa: ſić in anathomia eius dcm̃ eſt. 2ª vo cartilago laringe: intrinſecus q̄dẽ locata eſt partibꝰ vbi ſtomacus.i. hyſophagus ẽ q̄tũ deficit a magna cartilagine.ſ.p̄ma: ⁊ vt laringã finaliter ad circulũ.i.circularẽ figuraʒ ducať addit hoc ipſa ſecũda cartilago. 7ᵒ de vtil.p. Nõ eniʒ ſicut trachee artarie totiꝰ mẽbranoſuʒ eſt id qḋ approxiat hyſophago. ſm eandẽ q̄dẽ modũ ⁊ laringe q̄titas eſt maior quantitate trachee artarie.ſ.latior: Lʒ vt diximus trachea ipſa ſit maior omniũ venaꝝ que ſunt in corpore laringa quideʒ eſt latior in ſe: niſi epiglotida.i.coopertorio ſuo obſtruatur. ſic enim fiet locus ſtrictiſſimus pro voce.

**Situ** iuenitur laringa poſita in ſupremo poſt iteriꝰ in gutture in oppoſitiõe directa contra foramẽ palati qḋ egreditur de naſo: ⁊ ꝓpter hoc mucilago deſcendit in cõcauũ oris. ⁊ hoc eſt foramẽ qḋ ꝓcedit iteriꝰ ante os: ⁊ cadit in cõcauũ oris ex naſo. ⁊ ideo forte cõtingit q̄ homo humida lubrica per os in attractu ſpũs: vel in riſu attrahit in naſum per apertionẽ illius foraminis qḋ eſt inter os ⁊ naſum. ¶ Ampliꝰ poſita iuenitur laringa ſuper caput trachee artarie ad iſtar iſtrumẽti quo muſici vtũtur tibicines: auctore Galo in lib. de voce. coarctata eñi eſt cũ cãna ꝯſtricta cũ hyſophago: auctore Auicª. Cũ igitur ipſe hyſophagus appetit deglutire: vt ad iferiora deglutiat per attractionẽ bucelle cooperiť laringa: ⁊ eleuatur ſurſum ⁊ coarctať cooptura ſuaꝝ cartilaginũ q̄rũdã cũ aliqs: q̄re extẽdũtur pãniculi ⁊ lacerti. Cũq; cibꝰ ꝑtrãſit meatũ hyſophagi: orificiũ laringe ⁊ cãne adherẽt palato ſuperiꝰ: q̄re nõ eſt poſſibile vt ingrediať illud orificium aliq̄d ex eo qḋ cõprehẽſum eſt apud hyſophagum. trãſeunt eñi per ipm̃ cibi ⁊ potus: ita q̄ nõ cadit ad cãnã aliq̄d: niſi in q̄buſdã horis in q̄bus feſtinat deglutio anteq̄ cõpleatur motus iſte: aut ꝑ hyſophagũ ꝯtũ accidit cibo motus: quare tunc nõ recuſat nõ laborare in expulſiõe eius donec expellatur.

**Colligata** imo continuata eſt laringa cum hyſophago. apte enim cum eo: ⁊ cum trachea artaria inueniũtur conſtringi: ita vt quoniam hyſophagus ipſe cõſtringitur ad nutrimentũ recipiendũ: ⁊ exaltatur laringa: ſue cartilagines cõſtringũtur: ⁊ extẽduntur mẽbrane ⁊ muſculi vt cooperianť a cimbalari: ⁊ quãdo cãna pulmonis eſt ꝓpinq̄ hyſophago ſtat in ſupficie palati iferius ſup radicem lingue: ⁊ claudiť laringa: ⁊ lʒ ſuba laringe ſit cartilago circũquaq; tñ non ꝯſtringit hyſophaguʒ in hora trãſglutiõis cibi. 6ᵒ de iuuamẽtis mẽbroꝝ. qm̃ hyſophagus deſcẽdit ad iferiora in hora trãſglutiõis: ⁊ laringa ſuperius aſcẽdit. ⁊ ſic diuerſantur coꝝ ſitus: ſicq; extremum hyſophagi occurrit cãne pulmonis: laringa vo palato.

¶ Inter muſculos tamẽ ⁊ neruos qui ſũt in laringa: ⁊ cãna nõ eſt ꝯtinuatio: auctore Galo in libro de voce.

**Iuuamentũ** laringe cõſiſtit in eo q̄ ipſa ẽ creata: vt ſit vocis iſtrumẽtũ: auctore Auicª: eſt .n. ipſa p̄ᵐ ⁊ p̄ncipaliſſimũ vocis organuʒ. 6ᵒ de vti.par.cap.24. ⁊.16. eiuſdẽ cap.4ᵗ. habens in ſeipſa ĩ medio gloccidam. ideſt epiglotidam: ſine coopertoriuʒ vel cooperculũ: qḋ ꝓculdubio eſt p̄ncipaliſſimũ vocis organum: Cuiꝰ rõne tota laringa dicta eſt a Galo p̄mũ ⁊ p̄ncipaliſſimũ vocis organũ eo mõ quo in anathomia epiglotide declarauimꝰ. verus tamẽ factor vocis eſt vel lacertus mouẽs laringã: vel cooptoriũ eius cũ menſura debita clauſiõis ⁊ apertiõis ⁊ expulſionis aeris: ꝓpter qḋ dicebat Gal. 6. de iuuamẽtis. q̄ vtilitas epiglotis nõ eſt ꝓpter vocẽ: ſed ꝓpter retentionẽ anhelitus. Inſtrumẽtuʒ aũt eius ꝓpriuʒ eſt motus epiglotis: ⁊ lingue fiſtule. oĩa vo reliq̄ ad vocẽ ſunt coadiuuãtia: nõ autẽ eã faciẽtia. Dyaphragma eñi cũ lacertis pectoris mittit mãʒ vocis que eſt aer. Ille aũt miſſus mãdat ad laringã ⁊ epiglotidã ſiue ligulã in cãna: ⁊ tunc formať vox: dicebat Alber. In laringa nãq; vox ipſa p̄mo dyaſtolatur ⁊ ſiſtolať ſm vſq; plurimũ: ⁊ aperiť ⁊ clauditur totalr ſuperiꝰ: neq; cõtingebat meliorẽ conſtructionẽ ei fieri ea que dicta eſt: Neq; ex alia ſuba cõſtrui vocis organũ. 7ᵒ de vtil. parti. ſed ex cartilaginoſa ſuba melius fuit: nõ tñ cartilaginoſa nullã dearticulationẽ in ſeipſa hñte. imobilis eñi eẽt: neq; aperireť ⁊ clauderetur: neq; dyaſtolaret: neq; ſiſtolaret omnino: quare ex pluribus ſimul ⁊ copulatis adinuicem cartilaginibus facta fuit.

¶ Motus vo laringe localis quo moueť numerať inter opatiões eius: qui q̄dẽ nõ eſt motus nãlis: ſicut qui artariaꝝ: ſed ſm aĩalis electionẽ. 7. de vtil.par.cap.p̄mo: Lʒ hora ſomni etiã fiat. ad iſpirationes eñi ⁊ expiratiões ⁊ detẽtiones totius reſpiratiõis: ⁊ ad iſufflatiões ⁊ voces eſſe dʒ vtilis. Oĩa aũt hec meliꝰ fuit a noſtra ĩcipere electione: ⁊ rationabile fuit ei motũ ſpontaneũ: ⁊ ſm voluntatem fieri animalis. ADDITIO

**Nunquid** aũt erectio ⁊ eleuatio in ſurſum laringe ⁊ nodi gutturis ſiue iuguli in tranſitu cibi hora deglutionis ⁊ hyſophagi in deorſum fiat ab aliquo iſtrumẽto operãte illũ motũ: an potius illiꝰ motꝰ nulla ſit per ſe cã: Sed ſequať neceſſario motũ mẽbroꝝ: q̄bus fit trãſitus nutrimẽti in hyſophagũ: diſcordati ſũt antiq: auctore Galo in libro de motibus liq̄dis. Apparet eñi manifeſte q̄ eleuatio nodi gutturis eſt accidẽs ieuitabile trãſitus eius qḋ trãſit per hyſophagũ: ſicut ꝑ medicos ⁊ chirurgicos nõ ſolũ in hoĩe: ſʒ in aĩalibus ẽt brutis cõpertũ eſt: ſicut Ga. narrabat ibidẽ. Aut ergo nodus gutturis inatũ hʒ itellectũ quo moueat ſeipm̃ cũ videat hoc eẽ ſibi meliꝰ ac digniꝰ: qḋ eſt abſurdũ. Aut eleuať ꝑ attractioneʒ.i. qm̃ attrahit ipm̃ hyſophagus: ⁊ approbat hoc eſſe veꝝ: ⁊ atteſtať nãlis ꝯpoſitio eius. Perficiť itaq; laringe eleuatio per attractioneʒ ab hyſophago. non ergo eſt motus eius ſurſum aliter nãlis q̄ ipſamet deglu-

titio: de qua ſufficiēter diximus in anathōia hyſophagi.

**Paſſiones** laringe ⁊ per eſſentiā: ⁊ rōne ꝯponē/ tiū ipam: ⁊ etiā per cōmunitatē: pre/ ſertim dyaphragmatis ⁊ muſculoꝝ pectoris: rōne q̃ruꝫ īpedimentū fit ſenſibile in opatiōib⁹ vocis: ⁊ nocumen/ tum: aut q̄ vox diminute fit: aut praue: aut q̄ oīno non fiat: que ⁊ qualis eſſe poſſint: ⁊ que cōferant ad caꝝ ꝓno ſticationē ⁊ curam conferunt que dicta ſunt.

¶ Anathomia oſſis in gutture exiſtis alijs oſſibus nō co/ pulati: qḋ cōmuniter os laude dicit̄: Arabice autem al/ phabic: auctore Auic. qḋ iterpretatur extēdens.

**OS laude** ita appellatū: q̄ ſimile eſt ſꝫ ōbo extrema littere. λ. grece que dr̄ lauda in hoīe duplex īuenitur: quoꝝ alteꝝ īuenit̄ in capite parteꝫ poſteriorē cere bri cooperiēs: de quo nihil ī p̄ſenti: ſꝫ in ana/ thomia oſſiū capitis. Alteꝝ vō eſt os laude: cui⁹ ingritur oſtēſio in p̄ſenti: qḋ Gal. 7. de vti. parti. cap. 9. appellabat os yoydeū dicēs. Hec igr̄ oīa mirabilr̄ facta ſunt a nā: ⁊ cū his adhuc vocatū yoydeū os. ⁊ eni ī eſt os ꝑ ſe nō cōmu ne alteri oſſi.

**Subſtantia** cuius ⁊ ꝯplexio oſſibus nō oīno ſi/ miles habētur. Eſt. n. veluti cartilago.

**Quātitate** paruuꝫ īueni it̄ hoc os: q̄uis maximas ⁊ plurimas vtilitates p̄beat: auctore Galō vbi ſupra. put oñdem⁹ paulo poſt. ADDITIO

**Dixit** Gal. in lib⁹ de motib⁹ ligdis. Decepti ſūt ana/ thomici: ⁊ errauerūt in anathomia ſimiaruꝫ: q̄ꝛ in hoc gdē aīali reperiunt̄ duo capita lacertoꝝ ſupe rioꝝ ſeiuncta a duobus duoꝝ lacertoꝝ capitib⁹ iferioꝝ: ita ꝙ vix ſe ꝯtingūt q̄n aīal carnoſum extiterit: ⁊ delica/ tum. ⁊ hoc erit pre anguſtia duoꝝ lateꝝ oſſis laude gre/ ce littere ſil'is. ⁊ ſubtilitate vtriuſqꝫ. In aīali vō: cui⁹ duo latera hui⁹ oſſis fuerūt lata. Tu ſigdē capita iſtoꝝ duoꝝ lacertoꝝ videbis abinuicē ſeiūcta manifeſte: ⁊ maxime q̄n aīal extiterit magnū: ſicut taurus ⁊ ſi'ia: ⁊ īter illa ca/ pita diſtātia quoqꝫ lōgitudinis eſt ſenſibilis in oīb⁹ ani/ malib⁹ dentatis. Studeas igr̄ p̄mo exerceri in hꝫ ſpēb⁹ anīalis. deinde ꝟ idē in eq̄s: ⁊ in ceteris hñtib⁹ vngues teneras: in ſimijs quoqꝫ ſi p⁹us exercueris in illis que ca/ pitibus tauri aſſimilātur. TEXTVS

**Figura** īuenit̄ hoc os triāgulatū: ſicut lauda litte/ ra greca vocatū que etiā triāgulata cōſpi/ cit̄ ſilis littere. λ. grece. ⁊ ꝟ ideo vt illi ceu ſuſtentaculo cuidā lingua meli⁹ īniteretur: nā ſi hoc os vnicuꝫ fuiſſet oblōgū: nō bifurcatū: aut ꝓceſſiſſet in directū deorſuꝫ: ⁊ tūc laringā penetraſſet: vel hyſophagū: ſic̄ dicebat Mū/ dinus: vel ꝑmāſiſſꝫ in latere vno: ⁊ tūc lingua directe nō cōſtitiſſet: ſꝫ ad idē latus plicata. ADDITIO

**Et ipſum** eſſe quadrilateꝝ auctor eſt Alber. q̄ q̄/ tuor hñs coſtas: ⁊ quelibꝫ eius pars eſt ad iſtar laude: dicebat Halyabbas. TEXTVS

**Numero** hoc os alijs oſſib⁹ corporis hūani p̄nci/ palib⁹ nō anumerat̄. eſt. n. velut cartila/ go. Partes vō ſue q̃tuor īueniūtur eſſe illi⁹ latera: vel co ſte: queqꝫ due ſiles lauda greco ſūt: cui⁹ duo ſupius: duo vō īferius tēdunt: auctore Auic⁹.

**Situ** ⁊ colligātia poſitū īuenitur hoc os anteri⁹ in gu la locatū corā laringa ad iſtar ſcuti ⁊ defenſoꝝ: ⁊ ne labat̄ hincinde: ſed fixū maneat in ꝓprio loco natu ra mltis modis ipm ſtabiliuit: Tū muſculis egpotētib⁹ vndiqꝫ illi affixis: Tū ⁊ ligamētis fortib⁹: Tū cartilagi/ nibus ⁊ pāniculis circūpoſitis firmās ipm. ſic eniꝫ doce bat Gal. 7. de vtil. par. ca. 9. his vbis. ADDITIO

**Super** allatū eſt ꝟ os gibbis laringe: ⁊ multis muſ culis ad multas ptes occultatū ab illis ipſis firmatur. Eaqꝫ in oīb⁹ iuſta: egpotētes ſibi iuicē oppoſi tos operāte nā: q̄n aūt ⁊ abſcindi quoſdā ⁊ paraliticari hoꝝ muſculoꝝ cōtingebat meli⁹ putauit nō ſolis muſcu lis cōmittere egreptationē eius: ſed ꝯſtruere q̄ſdaꝫ for/ tes colligatiōes. harum igr̄ colligationū gratia nō erat cōtenta duob⁹ laterib⁹ yoydei: Sed alias cartilaginoſas apophiſans. i. explātās colligatōes rotūdas vtriqꝫ per to/ tum iplantatur. Copulat̄ autem ⁊ nihilominus per mē/ brana quedā nō ad laringā ⁊ epiglotidā laringe ſolū: ſed etiā ad ſtomacū. i. hyſophagum. TEXTVS

**Itaqꝫ ſupra** alguaſmach eſt alphabic: dicebat Auic. qḋ iterpretat̄ extēdēs. eſt. n. hoc os extēſuꝫ ꝑ longū colli: ⁊ lineā que in medio ei⁹ eſt. ita ꝙ ꝓpe epiglotim. i. laringā īuenit̄ os ꝟ triāgulare in extremitate ſupiori cartilaginis peltalis. ⁊ ipm terminat dorſum p̄me cartilaginis gutturis. Linea aūt que ab īfe riorib⁹ eſt lingue: cui⁹ ipm eſt ſuſpēſoriū. Coſte autē due ſupiores hui⁹ oſſis porrigūtur ad augmenta duo ſupiora p̄me cartilaginis gutturis: que ſagittis ſunt ſilia: aucto/ re Halyab. Cōtinuaturqꝫ cuꝫ duab⁹ p̄mis cartilaginib⁹ ab vtroqꝫ eaꝝ latere cū ligamētis que veniūt a p̄ma ad ſcḋam. alijs quidē operimētis ſilib⁹: alijs vō neruis. Ad iſtud p̄terea os alligat̄ caro dicta alguaſmach: q̄ oē illḋ qḋ ligatur ad os ligari opꝫ: qḋ eſt fundamentū ligature: q̄ alr̄ nō eēt alligatio firma: dicebat Alber.

¶ Hoc p̄terea os firmatur a muſculis laringe: ſicut ⁊ ipſi firmātur ⁊ ſuſpēduntur ab eo: ⁊ nā iuſta exiſtēs circūde/ dit ipm egpotentibus ꝯrijs muſculis: ſicut diximꝰ: vt fi/ xum tenceāt ipm in ꝓprio loco. Sic itaqꝫ lꝫ iſtud os nul/ li alteri oſſiuꝫ colliget̄. Alijs tamen pluribus particulis inuentum eſt colligari.

**Iuuamēta** oſſis laude ſinglariter aſſignabat Ga lienus. 7. de vti. ꝑ. cap. 9. quāuis eni ī paruū ſit os: maxias tamen hꝫ vtilitates. Eteni lingue muſculoꝝ plurimi ex eo ſunt: ⁊ eoꝝ qui ſunt laringe ꝯiugatio. de q̄bus ante di/ ctum eſt. ⁊ q̄dā alij ad omoplatas. i. ſpatulas ſuptēſi: ſtri/ cti ⁊ longi: ⁊ cū his alius robuſtus binarius q̄ ad pectus deferi. Deinde alij duo muſculi oblīq̄ ad genā ꝓuenien tes. Reliq̄ aūt qui valde parui ad radices iplantationū quas q̄dā galloꝝ plectris. i. calcarib⁹ aſſimilāt.

¶ In creādo itaqꝫ os yoydeū fuit iuuamentū: Tū vt eēt ſuſpēſoriū muſculoꝝ gutturis ⁊ lingue ⁊ alioruꝫ: auctore Auicē. Tū etiā vt eēt origo pluriuꝫ muſculoꝝ. nō q̄dem q̄ītū ad parteꝫ eoꝝ carnoſam vel neruoſam: q̄ hoꝝ nul/ lum explātat̄ ab oſſe: ſed q̄ītū ad partē ligamētalē: Tuꝫ etiā vt eēt p̄miſſoriū defenſiuū cartilaginis ſcutiformis que eſt anterior laringe cartilago: Tuꝫ etiā vt ab eo ex/ plātarent̄ villi muſculoꝝ laringe.

¶ Iuuat etiā os yoydeū: vt eſſet fundamētuꝫ lingue: cui ipſa affigitur ⁊ innititur: ſicut in anathomia lingue ſitus eius oſtendentes aſſignabimus.

¶ Anathomia muſculorum laude.

**Muſculoꝝ** laude q̄dā ſunt ſibi proprij qui. ſ. gr̄a ſui creati ſunt: vt. ſ. ipm fixū teneāt: ⁊ firmū nō ꝑmittētes ipꝫ cedere muſculis q̄ ad īferiora trahere conan tur: vt os iſtud ſtabilis fiat tutela laringe: ſit qꝫ tāqꝫ firmamentum: tam muſculis q̄ꝫ alijs partib⁹ que illi innitunt̄: ⁊ ſic apparet eoꝝ iuuamētum.

**Numero** tres ſunt hoꝝ muſculoꝝ ꝯiugatiōes ꝓ/ prie illi: quoꝝ p̄mū par ſiue p̄ma coniu gatio ꝓdit a duab⁹ marginibus ſiue extremitatib⁹ man/ dibule īferioris: auctore Auic. vnus. vꝫ. hoꝝ muſculorū a margine dextra: ⁊ alter a ſiniſtra deſcēdēs ꝯtinuatur: ⁊ applicat̄ cū linea recta que eſt ſupra os laude. ⁊ iſtud par duum ꝯtrahit̄ trahis os laude verſus mādibulā.

¶ Par aūt ſm̄ hoium neruoꝝ oritur ſub mēto: ⁊ tranſit īferius ſub lingua: ⁊ applicaꝭ ad lineā.i.ad angulū acutū huius oſſis triāgularis: ⁊ ſub lingua ad extremitatē ſuperiorem eiuſdem. Et hoc ſecundum par etiam trahit hoc os ad partem mandibule.

¶ Par autē tertiū oritur ex additamentis ſiſaminis.i.ſimilibus grani ſiſami: vel ex additamētis ſagittarijs: q̄s Halyabb. appellabat ſagittis ſilis.i.acularib⁹: que ſic iō appellata ſunt: q꞉ ſagittis ⁊ acub⁹ in lōgitudine ⁊ gracilitate aſſimilātur: que ſunt iuxta aures: ⁊ cōtinuātur cuꝫ extremitate inferiori linee recte que eſt ſupra hoc os. ⁊ trahunt hoc os ad ſuperiora.

¶ Muſculos aūt cōmunes huic oſſi ⁊ alijs particulis aſſignabim⁹ in anathōia muſcloꝝ lingue. ADDITIO

De modo autē oſtenſionis hoꝝ muſculoꝝ: dicebat Gal. in lib. de motib⁹ ligdis ꝙ quāto aliqd aīal brutū fuerit antiquus ⁊ maturi⁹ anathomiā omniū muſculoꝝ hui⁹ oſſis meli⁹ ꝑſcrutaberis. Et ipſe ēt Ga. 8. de iuuamētis mēbroꝝ: iuuamēta hui⁹ oſſis ⁊ colligantiā muſculoꝝ ad ipm oſtēdens: dicebat. Utilitates eni magnas ⁊ multas hꝫ os laude: qm̄ pars maior muſculoꝝ q ſunt in lingua oriūtur ex loco iſti⁹ oſſis. ⁊ ſimilr duo muſculi ex muſculis laringe: ⁊ ꝯtinuātur cum anteriori laringe. Et duo alij muſculi ſubtiles vadūt ad ſpatulas. Et duo alij fortes copulati deſcēdentes ad furcam: duo alij dyagonales vadūt ad duas mandibulas. ⁊ duo alij parui qui ſunt in radice additamentoꝝ que aſſimilanꞇ criſte Galli: ⁊ iſti duo muſculi q ſunt ligantes os ſimile laude cū mādibula īferiori nō ſunt poſiti: niſi ꝓpter os littere laude ꝓprie: ⁊ cuilibꝫ eoꝝ neru⁹ correſpōdens mouet ipſꝫ duob⁹ modis dyagonalr: ⁊ vnus motus eſt ꝯtrarius alteri ꝓpter attractionē oſſis ad ꝯtriā parteꝫ ad quā attrahit ipm eius correſpōdens. hec Gal.

¶ Quāuis aūt Gal. in hac ſententia videaꞇ ſentire ꝙ non ſint niſi duo paria muſculoꝝ appropriatoꝝ oſſi laude. q ſmo eſt verus de muſculis oriētibus ſolū ab oſſe laude. Attamē nō negaret Ga. qn ſint etiā alij muſculi huic oſſi laude appropriati: aliūde tn̄ originē ducētes.

Paſſiones huius oſſis cōmunicāt cū paſſiōib⁹ alioꝝ oſſiuꝫ. Leſio tamē eius facile cōmunicari poteſt muſculis dictis. TEXTVS

¶ Anathomia lingue: que grece gloſſa dicta eſt.

Huius mēbri organici qđ ē lingua. de cuius cuſtodia natura multū ſollicita fuit ꝓpter cauſas dicēdas.

Subſtantia eſt cōſtās ex carne ſoluta: rara: fungoſa. ꝑmo de hyſtorijs: ita ꝙ ſubſtātia lingue eſt caro mollis: dicebat Auic. fere eni tota lingua eſt caro muſculoſa: ſicut oſtendem⁹: ⁊ tenera ſpōgie ſimilis: q꞉.ſ. rara ⁊ poroſa: dicebat Halyab. laxa aūt ⁊ rara: auctore Gal. xi. de vti. p. Mollities autē ⁊ laxites lingue nō aduenīūt illi ex ſua ſubſtantiali hūiditate: ſꝫ ab humiditatib⁹ extraneis ⁊ aduentitijs cerebri ⁊ ſtomaci: vel ex raritate ſubſtantie ſue: Linguā aūt cooperiūt vene parue ītrātes ſanguinee.i. plene ſanguie: rubee: quaꝝ alie ſunt vene: ⁊ alie artarie. Et qm̄ lingua ad multos vſus ꝯgruebat: ideo plus habꝫ in ſe de neruis motiuis ⁊ ſenſitiuis: ⁊ de venis ⁊ artarijs multis: quoꝝ oīuꝫ magnitudo lingue ſuperat mēſurā: ⁊ vltra q̄ꝫ credaꞇ eſſe in ſuo ſili: ⁊ vltra q̄ꝫ ſue magnitudini videaꞇ ꝯuenire: dicebāt ſapiētes Auic. ⁊ Auerroys. cui⁹ rei fidē facit ſi ſcindaꞇ lingua viuētis per mediū. apparebit eni multitudo artariaꝝ ⁊ venaꝝ īſigniū qbus eſt illi opus: nā q꞉ ipſa eſt mēbꝝ carnoſum plurimo eget ſpū ⁊ calore vitali: plurimoq꞉ nutrimēto: ⁊ in hoc cōmunicat lingua cū virga. artarie eni in vtriſq꞉ cōſiꝫe maiores exiſtūt q̄ꝫ in ceteris mēbris: ſicut dixim⁹ in anathomia virge: auctoritate Gali in libello de motib⁹ ligdis. ſunt quoq꞉ in ea plurimi nerui: Tū ꝓpter multitudinē ſuoꝝ muſculorum: Tum etiā quia vt diximus lingua gratia plurium vſuum creata fuit.

¶ Veſtiꞇ ꝑterea ⁊ cooperitur lingua hoc īdumento quo oris fit circūpoſitio palatiq꞉ hyſophagi pulmonis cānalis: gurgulioq꞉: auctore Halyabbate: ita ꝙ panniculus q eſt in circuitu eius quē dicūt cutim ⁊ pelliculā ſtratā in ſuperficie eius ꝯtiūctus eſt cū pāniculo totius oris: etiā vſq꞉ ad hyſophagū ⁊ ſtomacum.ſ. ad iteriorē partē eius: ſicut dicebat Auic. ADDITIO

Conſideranda eſt aūt circa linguā magna nature diligētia. eaꝫ.n. poſuit in loco tuto ⁊ abſcōdito: īſigniuitq꞉ eā multitudine neruoruꝫ: artariaꝝ ⁊ venaꝝ ad eā venientiū. Id vō oē fcm̄ eſt ꝓpter neceſſitatē aīalis nō paruā in poſſidendo hoc mēbrum: Tū ꝓpter guſtū ſine quo nō diu ꝑmanet vita aīalis: Tū etiā ꝓpter motū illi⁹ maſticationi deſeruientē: Tū etiā ꝑſertim in homīe ꝓpter dearticulationē ſermonis: Cuius gr̄a inſignita fuit multitudine muſculorum. TEXTVS

Inueniuntur ꝑterea ſub lingua vene due magne virides: ⁊ nominātur due ranine: q꞉ colorē habēt ſimilem colori viridi ranarū: Ex quibus procedunt vene plures: ⁊ he qdem ſunt vene ille q̄s flobothomari conuenit in grauitate lingue ꝓpter abūdantiā ſanguinis in ſqnātijs: ⁊ in apoſtematibus amigdalarum.

¶ Et in ſubſtātia qdē lingue ſunt nerui plures: Tuꝫ procedentes a tertia ⁊ quarta cōiugatione neruoꝝ imediate a cerebro explātatoꝝ lingue famulātes ꝑ guſtu. Nā neruus motū faciēs in lingua ali⁹ ē ab eo q̄ duciꞇ ſenſus tactus ⁊ guſtus. Neru⁹ tn̄ quo ſenſus tact⁹ ferꞇ ad linguaꝫ nō eſt alius ab eo qui dꞇ neru⁹ guſtus: auctore Gal. 4. de morbis iterioꝝ⁹. Cauſa aūt cur videm⁹ magis pati guſtum in lingua q̄ꝫ tactū: lꝫ ab vno neruo fiāt eſt: q꞉ ſenſus guſtus eſt magis iueſtigatiuus: tact⁹ aūt eſt alijs māliot ſicut viſus oībus alijs eſt īmaterialioꝛ ⁊ ſubtilioꝛ: ⁊ poſt illū auditus: ſicut poſt tactū in groſſitie eſt odoratus. Hi aūt nerui guſtus ⁊ tact⁹ dicūtur nerui guſtatiui: quoruꝫ ſitus eſt magis in ſupꝼicie lingue. Sūt etiā nerui alij in lingua explātati a ſeptima cōiugatione eorundē: eidem deſeruiētes ꝑ motu locali: ⁊ hi qdē magis ſunt ꝓfundati in ſubſtantia lingue.

¶ Amplius. ſub lingua.i.a lateribus ligamentorum lingue: auctore Halyabb. īueniūtur duo orificia: foramina ſiue ora: que ⁊ poros appellabat Ga. xi. de vti. par. quos ab eoꝝ officio fōtes generatiue: ⁊ duo hauritoria ſaliue noiabat Auic. cōſeruātes rorē ſalinalē in lingua: ⁊ ambo illa orificia igrediꞇ ſtilus.i. ſtillicidiū flegmatis aquoſi quo lingua iuuatur: Tū q꞉ humectaꞇ: Tum etiā q꞉ eo ꝓhibetur a deſiccatiōe: Tū etiā q꞉ condiunꞇ in guſtādo ſapores: vel ſtilus impoſit⁹ igreditur illa foramina: ſicq꞉ manifeſtātur. Hec aūt foramina ꝑueniūt ad carnē glandoſam que eſt in radice lingue. eſt eni hoꝝ poroꝝ ꝑncipium a radice lingue in artariaꝝ figura: dicunturq꞉ ora iſtaꝝ venaꝝ ſaliue habitacula: auctore Halyab.

¶ In radice nāq꞉ lingue in loco quo oriunꞇ hec hauritoria īuenitur caro glādoſa alba que generatrix eſt ſaliue: eiuſq꞉ vtilitas eſt: vt humiditatē ſuſcipiat flegmaticam que ad eā ab illis egrediꞇ venis quas habitacula ſaliue noiauimus: quo illa īfunduntur os ⁊ lingua: ⁊ circūpoſita in ore q̄ ſunt corpora. excepto oris alto: ſicut dicebat Halyabbas.i. palato. illi eni ſufficit qđ a ſuperiorib⁹ ad ipm a cerebro deſcēdit. Nā q꞉ lingua deſiccata difficile mobilis efficiꞇ: auctore Galo. xi. de vtil. par. ſicut in arſuris

oſtenditur febribus: ⁊ in eis diſpoſitionibus qbus tota lingue frixat̃ humiditas. Jō mirabilr ꝓuiſit natura: vt nō facilr tali occupet̃ paſſiōe: Jdeo ſm linguā alterutrilꝫ adenē vnū .i. glādulosam carnē: ⁊ reddituū vas: quez ad mēbꝝ ſibi ſile in toto corpore appoſuit a qbus pori ꝑ obliquas ⁊ iferiores partes coꝝ eructuāt flegma humidū .i. humiditatē ſimilē hūiditati flegmatis itingēs linguā: ⁊ iferiora: ⁊ lateralia: que ſunt in circuitu oīs oia: ſuperiora aūt ei⁹ hñt poros a cerebro qbus humectātur .ſ. mediāte humiditate de ſurſum deſcēdente. Et ꝓpter ħ fuit ſubā lingue laxa ⁊ rara: vt imbiberet̃ humiditas ab adenis ꝑdictis generata: ⁊ in ea digereret̃ mediāte calore ſanguinis. lingua eni mollis certitudinalr adaptatur. ori: vbi hūiditas ꝑueniens facilr ībibit̃ que ſi minor cēt nō vtiqꝫ hoc hret. Nuſqꝫ .n. ꝑ ēgustatiōe: qd̃ facilr vt puto pateret̃ magnitudine: imo deterior exiſtens.

**Complexio** lingue reddit̃ calida ⁊ hūida: Tūz qꝛ fere tota: vt ꝑdixim⁹ ē caro muſculosa: Tū etiā ab hūiditate ſalinali. que cōtinuo diffunditur per ſubam illi⁹: ex ꝗ̃s quidē calida ⁊ humida. Cui⁹ rei fidē facit virt⁹ illius maturatiua. rōne cui⁹ triticum maſticatū ⁊ ſaliua ībibitū eſt maioris virtutis in maturādo apoſtemata qꝫ nō maſticatū. Humectat̃ quoqꝫ non parꝫ lingua: Tū ab humiditatib⁹ catarralib⁹ continuo a cerebro ad eā reumatiçātib⁹: Tū etiā ab aere cōtinuo ꝑ attractionē iſpiratione ⁊ expiratiōe ſuꝑ linguā decurrēte: humiditatē tñ lingue refrenāt non parꝫ: Tum multitudo neruoꝝ guſtatiuoꝝ ⁊ motiuoꝛꝫ lingue: ⁊ multitudo venaꝝ ⁊ artariaꝝ: Tum etiā frequens lingue motus in maſticādo ⁊ loquēdo: ita vt hec non ſolū obuiēt cauſis eā humectātib⁹: q̃s dixim⁹: imo etiā reddāt ipſam pluribus alijs mēbris minus hūidaꝫ .ſ. cerebro: nucha: carne mamillarum ⁊ teſticulorum: pulmone: epate: ⁊ renib⁹: lꝫ ipſa īueniatur humidior muſculo.

**Color** lingue eſt rubeus ꝓpter multitudinē venaꝝ paruaꝝ ſanguine plenaꝝ itrantiū in eius ſubſtantiā: ex quaꝝ ſanguine ꝓpter ſubtilitatē ſuaꝝ tunicarum reſultat lingue color rubeus: nō eſt tñ hic color proprius lingue: nā lingua eſt caro alba: auctore Auicē⁹: que multis paruis circūdatur venis: in qbus exiſtit ſanguis: q̄obrem eius color in rubeū mutatur: ſicut dicebat Raſis primo ad Almanſorem.

**Figura** lingue in hoīe non inuenit̃ ſciſſa: ſicut ē ſerpētū lingua: ⁊ vituli marini: īuenitur tamē retro ſpiſſa: auctore Alber. ⁊ tendit in tenuitatē in anterioribus. ⁊ ideo hoīes ſpiſſas .i. groſſas añ hñtes linguas nō bñ formāt ſermones: ⁊ oꝫ ꝙ ſit bene expedita. carne eni ſoluta lingua cōſtat. ꝑmo de hyſtorijs. ſitqꝫ extēſibilis ⁊ plicabilis ad dētes: ⁊ ad palatum: ad quoꝝ tact⁹ format elemēta .ſ. litteras articulate ⁊ litterate voces. ⁊ ꝓpterea linguas hñtes anterius ligatas nō bene formant litterā .s. ⁊ dicūtur bleſi. Poſterius aūt hñtes ligatas nō bene formāt litterā r. ⁊ dicūtur trabuli. lingua enim aut abſoluta eſt: aut cōſtricta: quā Alber. nodatā appellabat ſicut accidit bleſis ⁊ alijs occaſionatā linguā hñtib⁹.

ADDITIO

**Dico aūt** occaſionē defectū qui ꝑter itentionē accidit in mēbro. huius eni defect⁹ nō eſt cauſa: qꝛ natura nō īpedita ſemꝑ facit qd̃ melius eſt: ſed hu⁹ defectus eſt occaſio ex eo ꝙ peccat in mã: aut in virtute qualitatū eius: ⁊ talis eſt lingua que tortoꝝ balborūqꝫ eſt.

**Quantitate** lingua in hoīe: aut eſt lata: aut anguſta: aut mediocris. ꝑmo de hyſto. q̄ quidē mediocris optima eſt: ⁊ explanatiſſima. Melior eni .i. habilior linguaꝝ que eſt ſm potētiā loquēdi eſt illa que debite cōmēſurata eſt in longitudine ſua ⁊ latitudine: ita docēte Auic⁹ 6⁰ tertij .q. ſ. in neutra excedit: aut diminuit̃. ⁊ que eſt ſubtilis apud extremitatē eius exteriorē ſiue anteriorē: ⁊ eſt lata .ſ. in radice. Linguā eni fortem ⁊ magnā fieri ſm baſim ifirmitatis gratia. ſubtilē aūt ſm finē vt moueat̃ cito. mihi qdem ꝓuidētie nō cōtingētis .i. caſualr operātis nature videt̃ eſſe. xi⁰ de vtil. par. Cum aūt lingua eſt magna .i. lōga ⁊ lata valde: ⁊ parua .i. breuis: ſicut ſpaſmata hñs eam nō pōt loq .ſ. recte: ꝗ etiā hꝫ linguā nimis ſubtilē: aut acutaꝫ: aut nimis obtuſam peccāt in formatiōe vocis: ſicut dr̃. Jn alijs vō aīalibus diuerſitatē linguaꝝ aſſignabimus in fine h⁹ capli.

**Numero** lꝫ lingua membꝝ vnū appareat in aſpectu: ⁊ ſuꝑficiei ꝯtinue nō ſignate nec diuiſe per lineā aliquā: ⁊ pellis illa iferior que ꝯtinet ſubſtantiā eius ꝯtinua extēdat̃ iferius ⁊ ꝯiūgit̃ ad hyſophagum: ita vt vna ſit hec pellis cum ea que eſt iterior hyſophagi ⁊ ſtomaci. ipſa tñ proculdubio ſunt due: ſicut dicebat Moyſes cordubē. ꝑma partic̃ła affōꝝ. ſuperi⁹ hñs cōmiſſurā neruale: q̄ſi ſit diſtincta linea ducta per mediū lōgitudinis eius: ⁊ eſt quaſi ſit ꝯpoſita ex duab⁹ linguis: auctore Damaſceno. Nā creator quēlibet ſenſum ad minus duplicauit: vt ſi vnū organū periret: alteꝝ ſaluaret̃: Linguā igit̃ ꝓpter hoc ex duabus cōpoſuit linguis. Nā cutis ſtrata ſiue ſuꝑextēſa ſube lingue eſt diuiſa ad lōgū in duo latera: auctore Auic. vt dextꝝ: ſiniſtrū corā cōmiſſura neruali lingue vel palati: q̄tenus organū guſtus geminet̃: ſic̃ ⁊ cetera ſenſuū organa. vt ſi forte vna medietatum lingue paraliticet̃: aut mollificet̃: reliq̄ ſaluet̃ cū icolumitate ſenſus ⁊ mot⁹. ⁊ oīno ſi vni eorum nocumentum acciderit fiat opatio ſenſus per aliud. Jd eni ēt docebat Ga. xi. de vti. par. ca. io. his vbis.

ADDITIO

**Si enim** pro qꝛ binata cēt lingua: ſicut ⁊ alia vniuerſa ſenſuūꝫ organa rōnabilr ex alterutra parte eius eq̄les numero ⁊ magnitudine ſunt muſculi: Jta ⁊ duas artarias hꝫ ad ipſaꝫ iplātatas alterutrīqꝫ vnā: ⁊ duas ſimilr venas: ⁊ binas ꝯiugatiōes neruoꝝ: alterā quidē mollē: alterā duram. hanc qdē ad extrinſecā eius tunicā diſtributā. hanc aūt ad muſculos diſſeminatam: qm̃ hac qdem ſentire ſapores oportebat eam. Hac aūt moueri ſm electionē: eſt tñ cōmunitas .i. ꝯiunctio vł counitio iter duo latera lingue in ligamētis: ſiue ꝑ ligamēta pāniculoſa: ⁊ cōtinuatione ſue ſube: ita ꝙ ipſa lingua hoīs nō apparet ſubſtātialr diuiſa ⁊ bifurcata: ſicut lingua ſerpentū: neqꝫ latera ipſius diſtant: ſicut auris ab aure: ⁊ oculus ab oculo: nō tamē fuit lingua in hoīe: ſicut in qbuſdā aīalib⁹ diuiſa: vt in ſerpētibus: dicebat Galie. ibidē. qꝛ homini nō erat hoc meli⁹: neqꝫ ad maſticationem: neqꝫ ad locutionē ſciſſam habere linguā. ſed rōnabiliter ſunt vnite: ⁊ cōuenerūt in idē eius particule: vel vena: vel artaria: vel neruus.

TEXTVS

Anathomia muſculorum lingue.

**IN numero** ꝑterea partiū lingue īuenitūtur etiā muſculi duces qdem exiſtētes pluriū motuū: quoꝛꝫ officio lingua ipſa delegata eſt. Ad omnē partem eni ꝓmpte mouet̃ lingua: ac etiā ſm aīalis electionē: ⁊ nō iuoluntarie: ſicut iuolūtarie mouētur artarie: et qualr non eſt hoc mirabile. dicebat Gal. vbi ſupra: Niſi eni ſic moueret̃ noſtꝝ nō eſſet opus maſticare: trāſglutire: ⁊ loq: ⁊ ꝓpterea lingua a muſculis motū habuit. ⁊ qm̃ verſus palatū opus fuit eā referre: alios aūt iferius deferre: alios aūt ad latera circūducere: ꝓpterea alios qdē ex ſuperiorib⁹ partib⁹: alios aūt ex iferiorib⁹: alios ex lateralib⁹ ad ipſaꝫ iplantari muſclos: q̄liter nō eſt mirabile ꝓuidētie opus: Monſtratū eni eſt in libro de muſculoꝝ motu ſingulū verſus ꝓpriū ꝑncipiū referre particu-

lam: quare debebāt ex neceſſitate: qui qdem deſup iplā/tantur muſculi ſuperius mouere eā. q vō ab īferius inci/piūt īferius. Sz hoc aūt ⁊ ad laterales eos q ad alteratra motus operari opus fuit linguā muſculos habere mul/tos aliū ⁊ aliū: aliā ⁊ aliā latione ꝓhentes.

**Numero** muſculos linguā mouētes īuenerūt illu ſtriores nouē: ꝑſertim Galie. Halyab. ⁊ Auic⁹. ſ. q̄ttuor paria: ⁊ vnū ſolitariuz. hz nāq; binos ⁊ bi/nos muſculos lingua motib⁹ deſeruiētes. nō eni tāti nec tā varij ab vno muſculo motus fieri potuiſſent.

**Quātitate** eorum duo īueniuntur latitudinales.

**Situ** ⁊ colligātia veniētes ſunt ab additamētis ſiſa/minis. i. ab oſſib⁹ ſimilib⁹ granis ſiſami ſpondi/lium colli iuxta aures īuētis: que dicūtur auriuz additamēta: auctore Alberto: vł veniētes ex ſagittis. i. ab addi/tamētis ſagittarijs. i. aculearib⁹ ⁊ ſimilib⁹ ſagitis ⁊ acu/bus: auctore Auic. 12. de aīalibus. ⁊ cū duob⁹ laterib⁹ lin/gue cōtinuant̄. ſ. a dextris ⁊ a ſiniſtris.

℄ Duo vero alij horum muſculorum linguam mouentiū quantitate ſunt longitudinales.

℄ Situs ⁊ colligātia a ſupremo oſſis laude explātati cuz medio lingue. i. in media parte eius cōtinuati: ⁊ ſublerā/tes ipſam ſunt duces motus dilatationis eius: ⁊ in h ap/paret horum iuuamentum.

℄ Sunt etiā duo alij ex illis muſculis q ex trāſuerſo mo/uent linguā: quoꝝ origo eſt a latere qđ eſt īferius: ⁊ duo/bus oſſis laude laterib⁹: linguā penetrātes inter longitu/dinales ⁊ latitudinales dictos.

℄ Duo etiā ſunt muſculi linguā reſupinātes: ⁊ eā conuer/tentes. i. faciētes eā in ſeipſam volui: quoꝝ loca ſub iſto/rum locis: que diximꝰ exiſtūt: ⁊ eoꝝ villi iam expāſi fue/runt ſub eis in latitudine: ⁊ cū toto oſſe mādibule conti/nuati fuerūt: ꝓpter quā cōtinuationē ſunt q dicant eos ab oſſib⁹ īferioris mādibule explātari vnū a parte vna: ⁊ aliū ab alia. Et ſunt quidā qui in numero totali muſcu/lorum lingue noiant muſculū ſolitariū qui īter linguaz ⁊ os laude cōtinuat: ⁊ vnū ad aliud os trahit. ſ. ad linguā: ⁊ ecōuerſo. ⁊ nō eſt lōge: dicebat Auic. i. ꝓbabilr dici po/teſt q muſculus per linguā ad exteriora lōgitudialr mo/uens. Eā etiā moueat v̄ſus os laude. Ineſt eni lingue: vt in extēſione in ſeipſa moueat̄: quēadmodū ineſt ei: vt in coartatiōe moueat̄ in ſeipſa. ADDITIO

**De motu** tamē lingue ad exteriora: q dr̄ eiꝰ edu/ctio: nūqd ſit nālis: an ſm electionē. cō/ſimilis qdē quaſi eſt qō cū qōne de tēſione virge: que eſt ſatyriaſis: quā ptractabat Gal. ꝑmo de motib⁹ liqdis. ca. ſ. 6. ⁊ 7. ⁊ congruit: vt per dyalecticas. i. per rationes ꝓba/biles: magis q̄ per demonſtrationē terminādas: ⁊ ſolui pdifficiles diſcutiat̄: auctore eodē ibidē: niſi qꝛ cū h ad hoc per anathomiā iuuamur: vtpote lingue ꝓlixitas do/nec eminet ori ⁊ ſatyriaſis: qꝛ cauſa augmenti ex vtroq; mō eſt difficilis: ſiue ex volūtate fiat hominis: aut nāliter abſq; volūtate: ⁊ in oībus motib⁹ qui fiūt volūtate: nihil obſcuriꝰ ⁊ dubitabilius hoc. Hec Gal.

℄ Dicamꝰ aūt in p̄ſenti q̄tū attinet motui lingue in edu/ctiōe eius: qꝛ de erectione virge ſufficienter diximus in anathomia illius. q eductio lingue eſt motꝰ ſm electio/nem: ⁊ volūtarius extimatiuꝰ vel imaginarius. Scio. n. ab ore cuiuſlibz hoīs egredi linguā qn̄ hāc actionē vult. obſeq̄t̄. n. actio iſta volūtati: dicebat Gal. ibidem.

℄ De cauſis aūt huiꝰ actionis ſubdebat Gal. Merito er/go dixerūt in eis q eaꝝ cauſe due ſūt ſimplices: ⁊ tertia eſt cōpoſita. Cauſe due ſimplices ſunt: q ab artarijs ſpi/ritus in iſta duo mēbra deſtinātur. ſ. virgā ⁊ linguā: cum ſint rara ⁊ porroſa īteriꝰ: vel a ſe hñt vt erigātur ⁊ dilatē/tur: quare cōſeq̄tur attrahi ſpūm: ne vacuū fiat. ſicut eni virge virilis īpletio fit ab ymagiatōe ⁊ volūtate: ⁊ diſtē/ſio qdē vehemēs ⁊ valida: put dicūt ⁊ teſtant̄ medici cōſiderātes anathomiā lacertis aliqb⁹ attribuit̄ paruis. eodēmō fit in lingua qn̄ erigit̄ ⁊ dilatat̄ qui continētur in artarijs. ei qdē cōtinuis ſpūs īmutātur. cū eo etiaz q aliq lacerti in illa habitudine diffundūtur: veritati qdē huius dicti atteſtat̄ qđ diximus etiā ſupius. ſ. q artarie lingue ⁊ virge cōſixe maiores q̄ in ceteris membris exi/ſtunt: veꝝ ipſamet mēbra cuz hñt erigi ꝓprie ⁊ dilatari attrahūt ſpūs ab artarijs: ⁊ iplent̄ ex eis.

℄ De muſculis eni q ſunt duces eductionis lingue viſus eſt docere Gal. q cū p̄cipiū muſculi mouētis linguā ſit ex oſſe laude: opus eſt ſi lingua oꝫ educi per muſculū: q ipſa diſtēdatur per muſculū qui cōtinuatur ei deſuper: ⁊ īcurtet̄ p muſculū qui cōtinuat̄ ei deorſuz: ⁊ declinet ver/ſus latera per lacertos laterales: qđ Gal. his v̄bis ibidez docebat. Dicimꝰ q lacertus mouēs linguā: cū ſit eiꝰ p̄nci/pium ex partib⁹ tunice epiglotis: ⁊ os qđ aſſimilat̄ vt te/ſtantur in anathomia iſpiciētes elemēto. i. littere in gre/co alphabeto. ⁊ h ē λ. oportebat neceſſario: vt ſi lingua attrahat̄ ad illas partes diſtēdat̄ īterdū per lacertū qui cōtinuat̄ ei deſup: ⁊ humilietur per lacertū qui cōtinuat̄ ei deorſuz quando ipſam ad ſe attrahit ⁊ inclinat īter/dum deuiando ad aliquam partium per lacertū qui cir/cundat quidem in duas partes.

℄ Difficile tamē eſt ſaluare: imo īpoſſibile q eductio lin/gue ſit volūtaria: ſuppoſitis duob⁹ p̄ncipijs que anatho/mici cōcedūt. ſ. q oīs motus volūtarius fiat p muſculum ſiue lacertuz. ⁊ q nullus ſit muſculus in lingua q ſit dux eductionis lingue ad extra. Merito ergo his ſtantibus opꝫ vt in titubationē īcidamꝰ quādo ſcire volumꝰ qualr actio fiat lingue. ⁊ ſi aliqs motus poſſet īueniri in corpo/re aīalis: qui volūtarie fieret ſine muſculo aliquo nō īci/deret in hac īquiſitiōe al. qd ambiguitatis: Cū igitur de hoc īquiſitiōe vehemēti īgrere donec ad veritatē ptin/gamus huiꝰ rei: oꝫ vt īſpiciamꝰ ſi forte īueniāmꝰ in alijs quoq; mēbris motus voluntatē aīalis imitātes: ⁊ nō ſo/lum volūtatē eius: veꝝ id qđ imaginamur exiſtimādo: ſicut in virga ſit virili: qꝛ īpletur corpꝰ rarificatū ex vē/to velociter ac leuiter. deide ad tantū ptingit motū q ī/pletiōe ſua creſcit: ⁊ tu poteris ſcire q motꝰ volūtariꝰ nō eſt ſolius lacerti manifeſtiꝰ ex aīali qđ ruminat: qꝛ hoc aīal poſtq̄ repleuit ventrē ſuū herbis: aut alio nutrimē/to redit in idē: ⁊ erigit ipm paulatim ex eo qđ trāſgluti/uit ad os ſuū: vt molat ipm ⁊ terat: actiōe qdez ruminā/tis: quidā etiā holuz ītendūt euomere qđ potauerūt per colatū dētib⁹ volētes expellere facile ac velociter vt nō oporteat eos caput cōgniſcere: ſicut alij faciūt: ⁊ nō ege/ant mēbroꝝ ꝓuocatiōe qbus euomūt: nec coꝝ diſtēſio/ne: Et manifeſtū eſt q hoc ꝓdit ab eis qui īſtructi ſunt in hac actiōe pluſq̄ alij: ⁊ cōſueuerūt omni die euomita/re cū exiuere a balneo. Hec Gal.

℄ Auicꝰ quoq; quodā qdez modo Galō cōſentiebat in eo vz. quo dr̄ eductionē lingue eſſe voluntariā: docebat: ſic apparet in aſſuetis: in quoꝝ poteſtate cōſiſtit eiꝰ eductio: ⁊ eiuſdē cohibitio: neq; eſt neceſſariuz ad hoc q motꝰ ſit volūtariꝰ p̄us meditationē vł deliberationē pcedere: ſi/cut pꝫ in motu anhelitꝰ. Modo aūt quodā diſſentiebat in eo. ſ. qđ dicebat eā fieri ſine muſculo: Dicebat. n. Aui. ⁊ nec eſt lōge qn muſculus qui linguaz ad exteriora mo/uet: moueat eā ſic: Itaq; decē erūt muſculi lingue apud eos q eductionē lingue per muſculū fieri concedunt.

TEXTVS

**Situ** īuenit̄ lingua ſub palato poſita in omni aīali greſſibili ſanguinē habēte ſm vnū qdem ⁊ eūdē modū.

z°. de partibus. Fabricata aũt eſt in eis oĩbus lingua ſuper oſſe yordeo: ſiue alphabic: qḋ eſt os laude: cuius pte ryt anathomia: vt illi eẽt ſuſtentaculũ cui initeref ⁊ affigeret: qḋ illi fuit nečium: eo ꝙ lingua diuerſoꝝ motuuz officio ſit delegata: ⁊ hec fuit cã figure oſſis yordei: ſicut diximus in anathomia illius. ADDITIO

In alijs aũt aĩalibus lingua eſt ſm modũ diuerſũ ab illo: ⁊ ad ſeinuicẽ ſoluta eſt ⁊ mobilis: vt de ſe pꝫ. In alijs vo ligata ĩferius: aut qꝛ mãdibulam ſuperiorẽ mouet: ſicut tẽcha fluuialis aque dulcis: cuꝰ lingua cũ hoc ꝙ eſt parua ⁊ breuis eſt etiaꝫ ꝑuata motu per ſe. Mãdibula enĩ eius ĩferior oĩno non mouet̃: cum qua ↄtinuatur lingua. Mouet nãqꝫ hoc aĩal ſuperioreꝫ mãdibulã ecõuerſo oĩbus alijs aĩalibꝰ in qbꝰ oĩbus ſuperior nõ niſi per accidẽs mouet̃: neqꝫ cũ ea lingua ↄtinuatur: qꝛ itroitus cibi in ea eſt diuerſus ab eo q eſt in alijs aĩalibus: ſicut ⁊ regimẽ vite ipſius qḋ eſt ſicut piſciũ: nõ aũt greſſibiliũ aĩaliũ. In qbuſdã aũt alijs aĩalibꝰ lingua eſt ligata ꝑpter neceſſitatẽ: nã ſi in eis moueret̃ deſtrueretur: ſicut in aĩalibꝰ in qbus locus oris eſt valde ſpinoſus: ſicut apparet in rege piſciũ fluuiatiliũ: qui eſt piſcis lucius: in quo motꝰ lingue nõ fuit neceſſariꝰ ꝑpter ſentire ſapores: qꝛ cibꝰ paꝝ remanet in ore luty: imo valde celeriter deglutiẽdo magis q̃ maſticãdo cibi ſapor ſentit̃: nã cũ cibũ aſſumat in aq̃: niſi h fieret cũ velocitate ſuffocaret̃ ab aqua: humiditate illius .ſ. aque diffuſe ſup linguã coꝝ. Eſt igit̃ lingua adeo ligata in lucio: ꝙ qñ illius os nõ declinat ad partẽ aliquã vnã nõ apparebit aliqd de ea: qḋ maxime ↄſiſtit: qꝛ locus oris totus ſpinoſus eſt: nec videtur componi os eius: niſi ex branchorum compoſitione ſpinoſa. TEXTVS

Colligata eſt lingua ligamẽto forti: qḋ eſt ab ĩferius eius: nõ paruã oſtẽdens ꝑuidẽtiã nature: auctore Gal. xiº. de vti. par. cap. io. Cũ enĩ vnuſqſqꝫ muſculoꝝ ad ꝑpriũ ꝑncipiũ trahere ex ſui natura habeat: neceſſariuꝫ eſſet linguã a muſculis attractã iplantatis ei ſm radicẽ ad ſeipſos colligi: ⁊ q̃ſi ſphericaꝫ fieri ab eis tẽſam: q̃re nõ ꝑueniret ad anteriores partes ⁊ labia: ⁊ cũ hoc neqꝫ ſedẽ haberet ĩfallacẽ vndiqꝫ abſoluta.

¶ Ad hec igit̃ vniuerſa mirabiliter tã magnuꝫ nã inuenit ligamẽtũ: q̃tum magnũ maxime debebat eſſe ydoneũ. Si enĩ ad vlteriorẽ partẽ ꝑueniret lingue: aut citra decens ceſſaret. deteriꝰ quidẽ fieret vocis darticulatio. nõ minus aũt ⁊ ad motũ qui in maſticatiõe impediret̃. Cõfert enĩ ad ambo hec .ſ. vt baſis eius ſit firma: ⁊ vt finis facilr ꝑueniat vbiqꝫ. At vo ſi qdẽ modicũ ꝑcederet ligamentũ hoc: minus qdẽ. ↄſimilr aũt ac ſi nõ omnino fcm̃ fuiſſꝫ noceret lingue. Si aũt vſqꝫ plurimũ ꝑueniret: nequaq̃ vtiqꝫ apud palatũ: neqꝫ ſupiores dẽtes: neqꝫ alias multas particulas oris permitteret extendi. Ita igit̃ eſt certitudinalis cõmẽſuritas ligatiõis: ꝙ ſiue adiaceris: ſiue abſtuleris qd breue noceat̃ totiꝰ organi actus.

¶ Pars aũt lingue que a ſuperiori eſt in ore: tota manifeſta eſt: dicebat Halyab. ab ĩferioribꝰ aũt minime patet ois: ſꝫ illud tm̃ qḋ a ligamẽtis trãſit que ĩter ipſam ⁊ maxillã ſunt ĩferiorẽ cui cõtinuat̃. nõnũq̃ aũt ĩtantũ ꝑtenduntur hec ligamẽta: vt nõ permittãt linguã varijs motibus moueri: Eſtqꝫ neceſſe tũc ligamẽta illa incidere: ⁊ linguaꝫ a nimia ſoluere firmitate qua poſſit in oẽs dilatari partes oris etiã ſuperioribus partibꝰ oris occurrere: eiuſqꝫ lateribus. Et radix qdem lingue cõtinuatur oĩbꝰ illi vicinãtibꝰ corporibus: paucis exceptis. ſilr idumẽto cõmuni ipſius: ⁊ oĩbus reliqs partibꝰ oris.

Iuuamẽta lingue ex illiꝰ officio ſunt conſpicabilia. ori enĩ ineſt pars ſentiẽs ſaporem lingua. ꝑmo de hyſtorijs. vim iſtã ſentiendi ꝑcipue obtinens parte ſui ꝑriore: nã ſi iteriora tãgat minus ſentiet. oia ꝑterea que caro ſentire põt: lingua etiã põt: vt duruꝫ: calidũ: frigidũ: ſua q̃uis parte: ſicut ⁊ saporẽ: ⁊ hoc eſt cuiuſlibet animalis lingue cõmune. Homis aũt lingua cõmoda eſt ad vtrũqꝫ officiũ: hoc eſt ad ſapores ꝑcipiẽdos ⁊ ad litteras exprimẽdas. eſt. n. homo aĩaliũ oĩum maxime ſenſu facilis: ⁊ lingua que mollis eſt vim tãgendi habet. zº. de partibꝰ. ſenſui nãqꝫ guſtus lingua eſt organũ ⁊ verborum. auctore Halyabbate.

¶ Et oĩno lingue hoĩs iuuamẽta ſunt: Tũ vt ipſa ſit vnũ iſtrumentoꝝ ↄuerſionis cibi maſticati ducẽdo ipꝫ ſicut manus molitoris ducit granũ: Tũ etiã vt ipſa ſit inciſio vocis: ⁊ extractio litteraꝝ in iterp̃tatiõe ſermonis: ſicut digiti fiſtulatoris moti ante foramina fiſtule huc atqꝫ illuc modulatiões faciũt. ⁊ in hoc deſeruit lingua locutioni: que nihil aliud eſt q̃ vocis per linguã explanatio. vocales: enĩ littere voce ⁊ gutture: ↄſonãtes aũt lingua ⁊ labijs ꝑferũtur: qbꝰ litteris oẽm locutionẽ cõfici nulli dubium eſt: auctore Ariſt. 4. de hyſtorijs: Tum etiã iuenimus linguã guſtui deſeruire. ad eã. n. ptinet diſcretio guſtus. ⁊ in hoc ſe hꝫ lingua: ſicut ille q ſapores guſtat: ⁊ hec fuit cã ꝑpter quã lingua nulli animaliuꝫ iuenta eſt pinguis. ioº particula ꝑblematũ: qm̃ omne pingue eſt denſum: ſpiſſum: lingua aũt ſm nãm rara nõ denſa fuit creata ad hoc vt humores .i. ſapores in humoribꝰ diſcernat ⁊ percipiat. hoc aũt fieri nõ poſſet ſi eſſet pinguis: qm̃ incedens pinguedo dẽſando linguã: eiuſqꝫ pãniculũ velãdo linguã iperceptiuã redderet. ADDITIO

Opus itaqꝫ lingue duplex eſt: ⁊ cuiuſlibꝫ illoꝝ gratia creata eſt lata ⁊ mollis valde. hoꝝ aũt opeꝝ: vnuꝫ qdem neceſſitatis eſt grã: qḋ eſt ad guſtũ: nã in molli ⁊ lato facilꝰ humor diffundit̃ q eſt ſaporis ſubiectũ. Opus aũt guſtus lingue accõmodat̃ ex hoc ꝙ ipſa eſt bñ paſſibilis in anteriori extremitate eiꝰ: in qua eſt expãſus neruus guſtatiuus. hoc enĩ magis illi cõuenit q̃ in parte poſteriori in radice ipſius: qm̃ diſcretio q̃ eſt ante põt aut reycere: aut trãſmittere cibũ: Hoc aũt iuentũ eſt fieri in hoĩe differẽtius q̃ in alijs aĩalibꝰ. itellectus enĩ .i. ꝑceptio ſapoꝝ eſt ceteris aĩantibꝰ in prima parte lingue. hoĩnĩ aũt ⁊ in palato: dicebat Pliniꝰ. poſterior vo pars lingue nõ ita ↄmode: ⁊ facilr reyceret nocitiuũ: nã qñ res illa ẽ ꝑpinq̃ radici ⁊ parti poſteriori. ibi eſt in via deglutiõis. ſicqꝫ ſi ibi eſſet diſcretio nocumẽtũ ĩferret antecq̃ reyceret̃. q̃uis q̃ aliqs ramuſculus nerui guſtatiui ſparſus ſit in ore ad adiuuãduꝫ in diſcernẽdo ſaporẽ: ꝑfectus tamẽ ſenſus guſtus eſt in anteriore parte lingue: ⁊ qm̃ guſtus eſt qdã tactus erit etiã lingua diſcretiua: reꝝ omniũ que ſubſtãtialr corpus nutriũt .ſ. calidi: frigidi: hũidi ⁊ ſicci. Debet̃ aũt hoc lingue: qꝛ ſubſtantialiter tãgit cibũ. Alteꝝ aũt opus Gratia: cuius lingua eſt ad bñ eſſe. ad iterpretationeꝫ. vꝫ. ſermonis in homine: ⁊ vociferatiõis in eo: ⁊ in alijs qbuſdã aĩalibꝰ. Nã lingua lata: mollis ⁊ abſoluta exiſtẽs etiã ↄuenit iterpretationi ſermonis: eo ꝙ facile trahi ꝑ os: extẽdi: ⁊ circũgirari ad elemtoꝝ formationẽ põt: Cuiꝰ rei fides eſt ꝙ habẽtes linguas ligatas: ſicut traulos ⁊ bleſos ↄſpicimus ipediri ad q̃ruidã litteraꝝ formationẽ: ſicut in antehabitis docuimꝰ: quẽadmodũ apud latinos ad formationeꝫ ꝑcipue r. ⁊ s. litteraꝝ: qḋ vitiũ litterã defectꝰ eſt diſcrimẽ in latitudine ⁊ anguſtia: auctore Ar. zº. de partibꝰ. qppe cũ ampla anguſtã ↄtineat. ãguſta amplã nõ capit. paruũ enĩ in magno ↄtinet̃: magnũ in ꝑuo bñ nõ põt.

¶ Perficit̃ igit̃ opus loquẽdi in hoĩe extenſibilitate lingue extra os: ⁊ plicabilitate etĩa ad itra os: ꝑpter qḋ euenit ꝙ ꝑte lingue abſciſa remanet adhuc loquela: niſi totũ tenue illiꝰ abſcindat̃. Fuit autẽ creata carnea: medio-

trez carnē hñs mollē: vt ꝯuenientēr voces frāgeret ⁊ modularet̃: q̃ duo cū re multū molli ꝯpleri nō pñt. Et oino ſicut nā in hoīe labia ⁊ dētes: nō ad vnū ſolū vſuz. ſicut in ceteris aīalib⁹ creauit: ſ3 ad cibū ⁊ loq̃lā: duplicē vſuz vnicuiq3 illoꝝ ꝑ modulo ſuo attribuēs: ita neq3 linguā hoīni dedit ad vnicū vſuz q̃ ipſa cetera vtunt̃ aīalia: ſ3 duplicis vſus grā: guſt⁹. vz. ⁊ loq̃le: ꝯplet̃ āt vtrūq3 hoꝝ varys muſculis ſube ligue icorporatis: qḋ forte ēt q̃buſdā aīalib⁹ hoī min⁹ diſſimilib⁹ ꝯuenire pōt. ſicut pigmeis q̃s diximꝰ hr̃e loq̃lā ⁊ ſmonē: l3 ipfectū ꝑꝑ bonitatē imaginatiōis p̃ alys aīalib⁹: qḋ ēt ꝯuēire pōt q̃buſdā alys aīalib⁹ loq̃ntib⁹. ¶ Ampli⁹ ⁊ ad dētiuz cuſtodiā. locutio. n. exiēs ab ore articulata eſt ⁊ lr̃ata: ⁊ ſi labia ⁊ lingua non eēnt mollia ⁊ flexibilia in diſtās lr̃aꝝ formatio nō ꝓnūciaret̃ in dictōe ⁊ orōne. Nā ad ꝓnūciatōez hꝰ vocis oz modis diuerſis liguā ꝑtrahere ⁊ inflecti: ⁊ aliqñ ꝯprimi: aliqñ ēt apiri labia. His aūt motib⁹ op⁹ ē ſubito ⁊ facile hꝰ organa eē mobilia. Cā āt cur h̃ mēbra in hoīe mobilia ſint: ⁊ ī oēz motū habilia fuit: eo q̃ hō īter alia aīalia ſubtilis ē ſenſus tact⁹. Jōq3 mltoꝝ ꝯceptionū q̃s in eloqui nō pōt niſi per ſermonis formationē.

¶ Quātū āt ꝯferat latitudo ⁊ ſolio lingue ad lr̃aꝝ formationē ꝯſpicabile ē in aīalib⁹ alys ab hoīe. Auis. n. late ⁊ ſolute ligue pōt formare lr̃aꝝ aliq̃s ꝯpōnē magis q̃3 auis ſtrictā hñs liguā. z. de ꝑtib⁹ aīaliū: ita docēte Ar. ita vt eaꝝ plīme adiſcētes voces hoīum: aut alioꝝ aīaliū alienas imitent̃. ſicut ſturn⁹. pica. corn⁹. ⁊ p̃ ceteris pſitac⁹: cuius lingua eſt ſoluta iſignis latitudis ⁊ ꝓfunditatis ꝑe liguis aliaꝝ ſimillima īter aliaꝝ auiū liguas ligue hūane. Et h⁹ auis ꝓculdubio nō ſine admiratiōe ē hūanoꝝ v̄boꝝ imitatio. vidimꝰ. n. nos aliqñ rome: ⁊ audiuimus pſitacū ſuo chere dearticulate formātē ſine īteriniſſiōe oīa v̄ba ſimboli duodeciz articuloꝝ fidei ſm legē xp̃ianoꝝ: quē vt ferebat̃ emerat R^mus car^lis Aſcani⁹ p̃cio ducatoꝝ cētū: q̃ tñ hyeme ſeq̄nte algore mortu⁹ ē. erat q̃ppe hic pſitacus plm̄ cōmēſuratus ⁊ tēꝑamēto ſpēi pſitacoꝝ vicinās cū bonitate imagīatiue cū ꝯuēiētia ſpūum illi deſeruiētiū. Auicē p̃terea plīme ſūt vocatōis habētes vocū dr̃ias: ita vt ēt eaꝝ multaꝝ affect⁹ doloris: aut gaudy in mō vocatōis eaꝝ hoīb⁹ oñdāt: imo ēt ea aues īter ſe hec oīa ꝑcipiūt: q̃uis ī hoc diuerſificent̃ in magis ⁊ ī min⁹. plīme nāq3 eaꝝ vocē copioſaz emittūt: ⁊ q̃uis vocē latiorē hēant q̃ vnguib⁹ ſunt aduncis: Aues tñ minores vocaliores ſunt: ac oēs lingua vtunt̃ ad ſui ſenſuū mutuam interpretationem. Hec de auibus.

¶ Aīalia aūt q̃drupedia ſanguinē hñtia ⁊ gnātia ſibi ſile: q̃ dr̃ viuipara: nō hñt vocē diuiſibilē ⁊ figurabilē in formā litteraꝝ: neq3 ſonoꝝ mutatiōes niſi paruz valde. eorum. n. lingua eſt dura nō abſoluta: licz quorūdaz eorum lingua ſit lata ſatis.

¶ Animaliū v̄o terreſtriū oua pariētiū: q̃ ⁊ dr̃ ouipara: q̃ ſanguinea ſūt: ꝑs maior linguā h3 inutilē ad vocis officiū adherētē ⁊ durā: auctore Ariſto. vbi. ſ. Dico aūt maiorē partē. nā q̃ ⁊ linguā habēt ⁊ pulmonē ſi q̃drupedes: aut oino pedeſtres ouipare ſunt vocē q̃dē emittunt: ſed exilē. Et alia lōgū ſibillū edūt. vt ſerpētes. Alia obtutū ⁊ perexiguū vt teſtudines. Alia vocē exilē atq3 imbecillem: dicebat Ariſtoteles. 4. de hyſtorys.

¶ Ranis aūt lingua ſui generis eſt. ꝑs. n. p̃ma q̃ ceteris aīalibus abſoluta eſt ranis coheret mō quo tota fere piſciū. Intima v̄o abſoluta ad guttur applicat̃ qua ſuā vocem ſolēt emittere. Et quidē gen⁹ illud vlulatus: quam ololiginem nomināt: mares intra aquā reddūt vt cieāt ad coytū feminas. ſunt. n. ſingulis animaliū voces ꝓpe ad initū ⁊ venereū coitū: vt ⁊ ſuib⁹. capris. ⁊ ouib⁹. Reddunt rane ſuā ololiginē illaz maxille inferiori labro demiſſo pari libra cum aqua modice recepta in fauces. Et hoc in nocte. Coitū. n. noctu magna ex ꝑte agere viſunt̃.

¶ Ad guſtum p̃terea ſapoꝝ ſerpētes ⁊ lacerte longā hñt linguā ⁊ bifidā. i. bifurcatā: cui⁹ partes acute ſunt. ſicut pili tenues ⁊ ſapor in illis extremitatibus ſentit̃ ꝓpter lingue diuiſionē. Et hoc ꝓpter ſue nāe cupidinē. duplex eniz voluptas his capit̃: auctore Ariſtote. quaſi duplicem guſtandi ſenſum habeāt. Lacerte quoq3 aliquādo linguas longe extēdūt: ⁊ os longitudine ſuarū linguaꝝ.

¶ Amplius aīalia exanguia mēbruz habent lingue cōueniens per qḋ humiditates ⁊ ſapores guſtādo ſentiūt: ⁊ quidā piſces ⁊ aquatilia quedā loco lingue carnē quādā habēt valde viſcoſaz per quā guſtāt hūiditates ſicut tēcha ⁊ anguilla fluuiatiles aque dulcis.

¶ Animalia etiā quedā anuloſa ſimile aliquod tale mēbrum habēt ad intra os: ſicut formicaꝝ genera ⁊ multa hꝰ cory teſtei. Et eoꝝ quedā iueniuntur habere mēbrū hoc longū valde: ⁊ extra os eoꝝ ꝓtenſum: ſicut protēditur aculeus lancealis per: qḋ hec aīalia guſtāt ſentiūtq3 humiditatē: ⁊ attrahūt cibuz ſugendo ſicut per fiſtulaz vacuaz. habet enim hoc organū nām vacui ſicut eſt conſpicari in muſca: cimice: culice: ⁊ pulice. quoꝝ acule⁹ ꝑforat coriuz quarūdaz beſtiaꝝ: ⁊ pellē etiā hominis. eſt. n. parua pulex: ſed amara lues inimica puellis. Et hoc dicebat Ariſto. Quorūdā. n. animaliū plura linguā gerūt velut aculeuz fungoſuz ⁊ cauū: vt eo ſimul ⁊ guſtare ⁊ cibuz trahere poſſint. Patet hoc in muſcaꝝ genere: ⁊ apū ⁊ conſimilib⁹. atq3 etiā in nōnullis teſtatis. plurimis. n. tātam vim ꝯtinet hoc mēbruz. ſ. aculeus: vt teſtas cōchiliorū trāſfigere valeat veluti turbinū: quoꝝ eſca capiūtur. Nec nō aſili ⁊ tabani eodē ſpectant: quoꝝ alteri lingua ad acra cutem hominum ſecant. Alteri tergora etiā beſtiarum elacerant.

Paſſiones lingue quedaz fiunt cōitate ipſius: ⁊ cerebro ⁊ neruis. quarto de morbis interioribus. quādo. ſ. leditur in motu ſuo ꝓprio: ꝓpter ſeptimā cōiugationem neruoruz ſi fiat eoꝝ leſio: vel in ſenſu guſtus ⁊ tactus eius ꝓpter leſam tertiam coniugationē neruorum cerebri quā anathomici neruuz mollē vocant: ⁊ ſunt nerui qui iungunt̃ ⁊ finiunt̃ in pelliculis linguā circūdātibus. ſicut etiā neruus linguā mouens cōiungit̃ ⁊ finit̃ in lacerto qui mouet eam.

¶ Malitia quoq3 complexionis eueniēs membris conſimilibus ſubſtantiā lingue componētibus: quedā motuz lingue ꝓhibet ſiue impedit: aut quouis modo ledit. ſicut ea que fit in pelliculis exterioribus linguā ambiētibus guſtum ⁊ tactum lingue. Adueniunt preterea lingue alie paſſiones prohibentes eam a ſuis operationibus: que ſunt ille: quaruz ſimiles etiam impediunt operationes membrorum officialiuz. ſicut ſunt genera apoſtematum. flegmones. durities. heriſipilla vulnera. ſanieí collectio.

TEXTVS

Et in hoc terminat̃ oſtēſio ⁊ anathomia membrorum inuentoruz inuentre medio trium inſigniū ventriū totius corporis humani: que dicunt̃ membra ſpiritualia: ⁊ que eis continuant̃. ſicut ea que continent̃ in ventre inferiore dicunt̃ membra naturalia. Nunc aūt ad oſtēſionē membroꝝ ſuperiorū noſtra ſe vertit oratio: que dicunt̃ mēbra animata ſeu animalia: ⁊ que eis cōtiguant̃: quatenus organa exiſtūt virtutis animalis: que eſt vna trium virtutuz animalis vitam diſpenſantium: cui ipſa famulantur: que licet non contineantur in ventre ſuperiore. ſ. ad intra craneum ⁊ os cooperiēs cerebri: ventri tamen ſuperiori annectuntur ⁊ continuantur.

¶ Prius tñ q̃3 incohet̃ ſectio capitis ⁊ mēbroꝝ aīatoruz

nõ erit inutile ɔſiderare q̃dã extrinſeca circa caput inuẽta: ⁊ pſertiȝ notare q̃liter ſpa^m lõgitudinis totiꝰ manꝰ ſume. i. pue equat̃ ſpaꝰ qđ ē a cono ſiue ſumitate naſi vſq̧ ad p̄mam comiſſuraȝ cranei p os frõtis ⁊ p os ſincipitiſ directũ trãſitũ ⁊ ꝑtẽſionẽ faciẽdo. ℂ Ampliꝰ qđ p ideȝ etiã inuẽtũ eſt digitũ manus mediũ aliys. i. lõgiorẽ: ꝑtẽſione ſui ⁊ longitudine equari fronti ⁊ ſincipiti.

ℂ Cõſpici ēt põt: qđ ⁊ iueniet̃ ſiqs diligẽter cõſideret: os .vȝ. frontis ⁊ os ſincipitis eſſe eq̃lia ſm nãm: q̃uis hoc nõ appeat pp curuaturã oſſis ſincipitis maiorẽ q̃ ſit in oſſe frontis. ℂ Amplius inuentũ eſt ſpa^m qđ eſt a cono vł ſumitate naſi vſq̧ ad lineã q̃ ſm latũ eſt ſub naſo eſſe eq̃le tuȝ fronti. tum etiam alteri ſpacio qđ eſt ſub illo. ſ. ſub naſo vſq̧ ad finem menti.

ℂ Anathõia capitis in genere.

ſima excepto ſimenio decime ſpondilis pectoris qḋ eſt rectū: ꝑpter eā quā dicemus cām: ⁊ dr̄ ſpine: q2 ſpinis aſſimilanꝭ. Et hoꝝ muſculoꝝ origo eſt longinquioꝛ me dietate q̄ eſt poſteri⁹. i. hi muſculi nō oriunꝭ a parte illa poſteriori: q̄ ve eſt in medio: ſed a ꝑte aliquātulū elōga ta a medio. Et ex eis muſculis octo caput ſolū ad poſte rioꝛa curuātibus ſunt q ad alas. i. ꝑtes laterales ꝑme et ſcḋe ſpōdilis: vn̄ extēdunꝭ alē: perueniūt. i. terminanꝭ: quoꝝ origo ē poſteri⁹ a medio: qḋ eq̄liter diſtat a lateri bus. ſ. cranei ſupra dictā ꝯiuncturā. Muſculi nāq; q ca put mouēt exiſtes nūero. 28. vel plures velut choꝛea q̄ dā. i. ꝯuētus i circuitu circūſtāt. ſ. iūcturis capitis cū col lo. dicebat Gal. vbi. ā. Alij alio actu ſibi cōmiſſo. i. ad di uerſa officia deputati. Et q2 ꝑme ſpōdiles colli ſūt oīuꝫ aliaruꝫ minime ⁊ dicti muſculi nūero multi: quoꝝ qdā ſunt magni: Jdeo nō potuerūt oēs ꝑmis colli ſpōdilib⁹ duab⁹ implātari: oportuit tn̄ vt oēs a capite depēderēt: aliter nō potuiſſent ad ſe quiſq; trahere caput. Nō igiꝭ fuit poſſe maximū os. puta craneū. hr̄e muſculos q ad al teriutrū illoꝝ. ſ. ſpōdiliū ꝑmoꝝ implātarenꝭ: ſed neceſſe fuit a capite qdē eos depēdere oēs: iplantari aūt nō oēs ad ꝑmas ſpōdiles: ſꝫ illos quos erat poſſe. Rōnabiliter igiꝭ neq; vniuerſi muſculi q mouēt caput ad ꝑmā ſpon dilē implātati ſunt. ſubdebat Gal. lib. vbi. ā. cap. 8. Sed ex poſteriori qdeꝫ ꝑte paruū ſolū: ex an̄riori vo ꝑ⁹ portio ſummiſſoꝝ ſtōaco muſculoꝝ. Ex laterib⁹ aūt muſculi ꝑui q ꝑmā ſpōdilē copulāt capiti. Hi aūt octo muſculi: quo ruꝫ ingriꝭ anathōia in p̄ti: adeo ſunt ꝑui: vt oēs decen ter circa capitis ⁊ colli articulum decenter locari potue rint. dicebat. n. Gal. vbi. ā. caplo. 6. Cōfeſtim. n. flectētiū ⁊ eleuantiū caput muſculoꝝ: octo qdē a retro circa arti culū ipꝫ locati ſunt ꝑui. Et cap. 7. ſubdebat. Paruiſſimi qdē oīum ſunt q a retro ſuperiacent id ceu ſoli cōprehen dētes certitudinalr̄ articulationē. qḋ. n. alijs q ſūt in cir cuitu ex magnitudine aduenit hoc his ex ꝑcipue pōne fit. Ex his ꝑterea q̄ttuoꝛ parib⁹ muſculoꝝ. ſic ſubdebat Aui. ꝑ^m par ē qḋ ꝑuēit ad duas alas ꝑ^e ſpōdilis trāſcūdo. ſuper par qḋ ad 2^m ſimeniū. i. ſpinam ſecunde ſpondilis colli: ⁊ iſtud eſt par 2^m dictoꝝ q̄ttuoꝛ. Tertiū aūt ex illis parib⁹ eſt par: cui⁹ villus ex ala ꝑme ſpondilis oriꝭ: ⁊ va dit ad ſpinā ſiue ſimeniuꝫ 2^e: ibiq; terminaꝭ: ⁊ iſtius pa ris ꝑpa opatio eſt vt capitis declinationē cū ad ipꝫ cur uaꝭ ad nālem eleuet ⁊ erigat diſpōneꝫ. i. rectū ſitū cum fuerit curuatū caput. i. ad anterius declinās ſine partis trāſuerſiōe. Et ex eis eſt q̄rtū par: qḋ a ſupioꝛib⁹ icipiēs penetrat ſub 3° pari cū trāſuerſiōe. i. trāſuerſaliter ad ꝑ tem ſiluestrē tendens. i. exterioꝛē prime ſpōdilis alā oc cupat ſiue comitatur. Quattuoꝛ quideꝫ igiꝭ ex his octo muſculis: de qbus in hac parte intendim⁹: ſunt duces. i. effectiui motuū rectoꝝ auctoꝛe Gal. iz. de vti. par. 6. ca pitulo. explātati quidē ab oſſe qḋ eſt ſm occipitiū ſupra articulationē. i. ab oſſe laude. implantati autē ad eā que eſt retro apophiſiꝫ. i. ſpinā ſecūde ſpondilis ex parte pri mi que eſt ibi. Et q2 prima ſpondilis caret ſimenio ſicut oſtēdem⁹ in eius anathomia. ꝑpterea ſimenium ſecūde ſpōdilis: ad qḋ implātanꝭ hi q̄ttuoꝛ: nō eſt 2^m: imo ꝑmū ſimenioꝝ. Duo ꝑterea ex reliquis q̄ttuoꝛ paruis muſcu lis retro poſitis obliquū ſunt toti capiti motū faciētes: ideſt effectiui ſūt motuū obliquoꝝ. ⁊ explātanꝭ ab oſſe qḋ eſt ſꝫ occipitiū. i. laude. ⁊ obliqui verſus extra abſce dentes. i. ꝑcedentes implantantur lateralibus apophi ſibus. i. alis vel ſpine prime ſpōdilis. Reliqui vero duo ſ. muſculi de dictis octo inuicē copulātes ſunt duas ſpō diles primas colli. ⁊ hn̄t ſitus ⁊ actus cōtrarios ꝑdictis duob⁹ muſculis ⁊ motū oppoſitum. illi. n. caput habētes obliquū ad primā ſpōdileꝫ ſil'ei coadducūt 2^m. hi auteꝫ

ad id qḋ ſm nāꝫ qḋ eſt eſſe rectū ſientē eius inclinatio neꝫ reducūt. ⁊. n. poſitio eoꝝ eſt ſicut triāgulus. dicebat Gal. hoc tn̄ par 3^m apud Galie. ponitur 4^m apud Auicē. ⁊ ecōuerſo. Sic q̄ ſunt q̄ttuoꝛ paria hoꝝ muſculoꝝ: qui caput ſolū ad poſterioꝛa curuāt: quoꝝ duo paria prima. dicebat Auic. caput ſine declinatione aut cū declinatio ne paruū valde curuant. Et 3^m par ex illis parib⁹ declina tiōis rectificat toꝛturā. i. caput toꝛtū ⁊ inclinatuꝫ erigit. Et 4^m trāſuerſione māifeſta ad poſterioꝛa curuat ⁊ icli nat. Et qcūq; tertij ⁊ q̄rti paris ſolus declinauerit. ſ. mu ſculus vel neruus iclinabit caput ad ſuā. i. v̄ſus ſuā ꝑtē. Et cū ambo muſculi eiuſdeꝫ paris retrahenꝭ ſiue ꝯhēꝭ v̄ſus capita mouebiꝭ caput ad poſterioꝛa ꝯuerſuꝫ abſq; declinatiōe ſeu trāſuerſiōe: qḋ ꝓculdubio verum eſt de muſculis triū ꝑmoꝝ pariū: vel de muſculis tertij paris ſolius. vel alr̄: cū ambo. i. 3^m ⁊ 4^m paria retrahenꝭ moue biꝭ caput ad poſterioꝛa ꝯuerſuꝫ ſine declinatiōe. ſic eni etiā videbaꝭ velle Auicē. iz. de aīalib⁹ finali capitulo. Muſculi āt q caput cū collo curuāt ſiue retro declināt ſunt. 8. ſ. paria tria ꝓfunda: ⁊ par vnū. ſ. extrinſecū coope riēs alios muſculos: ⁊ vnūqḋq; impar eoꝝ. ſ. muſculoꝝ q̄rti paris eſt ſicut triāgulus. i. foꝛme triāgularis: cui⁹ ba ſis eſt poſteri⁹ os cerebri. ſ. os laude: ⁊ qḋ ex eo remanet ad collū deſcēdit: ſꝫ par ꝑ^m triū pariuꝫ ꝓfundoꝝ ſub co extēſoꝝ ⁊ extēſoꝝ. ſ. duo dicta paria ſuꝑ duo latera ſpō dilium deſcēdit ad alteꝝ. ſ. 2^m: multuꝫ declinat ad alas ipſoꝝ ſpondiliū: ⁊ aliud per mediū tranſit inter duo ſpō dilium latera ⁊ duo alaꝝ extrema. ſ. 3^m. Auicen. tn̄. iz. de animalib⁹ de his muſculis dicebat: ſꝫ muſculi qui decli nant caput ⁊ collum ſunt tria paria ⁊ ſunt in ꝓfunduꝫ ⁊ vnuꝫ par qḋ cooperit ⁊ quodlibꝫ illoꝝ eſt quaſi triāgu lare. ⁊ ſua baſis eſt maioꝛ q̄ꝫ poſtremū cerebri. hi autem muſculi octo: de qbus eſt pn̄s oſtēſio: maioꝛes ſunt octo alijs muſculis quoꝝ preterijt ſermo pauloāte: ⁊ hi qdē emittunt aliquos ex ſuis villis ad ſpondiles ꝑ^{am} ⁊ 2^{am}. ⁊ cuꝫ illis villis mouēt ſolū caput: ⁊ alios emittūt villos ad reliquos colli ſpōdiles. ⁊ cum eis colluꝫ mouēt: ⁊ hec ꝓculdubio erat doctrina Gal. vbi ſupra cū dicebat. ma iores ſūt eis ⁊ alij per totū collū extenſi per ꝑmos qdeꝫ inulos capitis ſolis famulanꝭ motibus: quos apud ꝑmā ⁊ ſcḋaꝫ faciūt ſpōdileꝫ: per reliquos vero qui ſunt ꝯiter q̄nq; colli mouētes ſpōdiles. Sunt ꝑterea qui dicāt ho rū muſculoꝝ magnoꝝ eſſe ſolū tria paria. Alij quatuoꝛ. alij duo: ꝑpter ipſoꝝ ad inuiceꝫ implicationē habentes eūdeꝫ motū cū doꝛſalibus muſculis. quoꝝ in ſequētib⁹ fiet oſtēſio. Sic eniꝫ narrabat Ga. vbi ſupra his verbis. Magnoꝝ aūt muſculoꝝ tres cōiugationes que poſſunt ⁊ q̄ttuoꝛ dici ꝑpter iplicationē muſculoꝝ quā in anatho micis pertractationibus oſtēdimus eundē qdeꝫ habēt motū doꝛſalib⁹ muſculis quē paꝝ poſt exponā. Mouēt autē per primos qdē inulos qui ad ꝑmā ⁊ ſecūdaꝫ ſpon dileꝫ implātanꝭ ſolum caput. per reliquos vero primo qdeꝫ alios q̄nq; ſpōdiles colli. Simul aūt cum eis mo uetur caput retro ⁊ obliquos paululū faciūt motus: qui obliqui muſculi ꝑterea caput ad duo inclināt latera ſūt duo paria capitis cū collo iuncturā comitātia. i. aſſociā tia. Et vnius paris locus eſt anterius. i. declinat ad ante rioꝛa: ⁊ ipſum eſt qḋ inter caput ⁊ ſpōdilem continuat. i. colligat ſcḋaꝫ: cuius vnuꝫ ipar eſt a parte dextra ⁊ aliud a ſiniſtra. Et par eoꝝ 2^m eſt cui⁹ locus eſt poſterius. i. de clinat ad poſterioꝛa. ⁊ cōiungit inter ſpōdileꝫ primā: et caput. ⁊ vnū impar eius ꝓcedit. i. trāſit a dextra ⁊ aliud a ſiniſtra: ⁊ qḋcūq; impar ex iſtis. ſ. quatuoꝛ muſculis ſo lum ſine ſuo cōpari cōtrahetur caput declinabit ad par tem ipſius cuꝫ trāſuerſione. Et quicūq; duo muſculi ex dictis q̄ttuoꝛ ab eadem parte cōtrahetur declinabit ad

eos caput ſine trāſuerſione:dicebat tñ Auicē. ꝙ ſi anteriores.ſ.duo muſculi dictoꝝ quattuor declinātes ad anteriora ſimul moueant̃:aut mouebunt̃:iuuabunt in curuādo caput ad inferiora ip̄m iclinādo. Et ſi poſteriores .i.ſi duo muſculi dictoꝝ q̄ttuor declinantes ad poſteriora mouebunt̃ reducēt caput ad poſteriora. Et ſi oēs q̄ttuor ſimul mouebuntur ſtabit caput recte. Et hi q̄ttuor muſculi alijs muſculis caput mouētib⁹ ſunt minores:verū tñ ex loco ipſoꝝ: q2.ſ.ſub alijs deſcēdūt muſculis. ſūt .n.ſupra iūcturā capitis cū collo directe locati in bonitate reſtauratū fuit.i. datū ⁊ acq̄ſitū fortitudīs ⁊ v̄tutis q̄Ꝝtū alij ꝑ magnitudinē hñt de fortitudīne ⁊ v̄tute.

¶ Hi ſunt muſculi illi q̄tuor quos Galien⁹ dicebat p̄mo ⁊ p̄ncipalr̄ mouere collū.iz.de vtili.par.cap.6.his v̄bis. Alij v̄o duo ſm̄ alterutrā ptē:hi gdez a dextris: hi aūt a ſiniſtris oppoſiti:⁊ hi adhuc adinuicē. p̄mū gdē ⁊ maxime collū ad ſeip̄m trahūt:cū illo aūt ⁊ totuz caput. Fuit aūt Galie.cū Auicē.cōcordās in nūero ſitu ⁊ motu hoꝝ muſculoꝝ. In q̄Ꝝtitate tñ eoꝝ diſſentiēs: dicebat.n. vbi ſupra:q̄ttuor aūt alij muſculi robuſti ⁊ magni duo ſz alterutrā ptē a dextris ⁊ a ſiniſtris locati mouēt colluz ad laterales ptes cū pua inclinatōe:ad id qđ añ gdē añrior eoꝝ ꝯiugatio modicū inclinans:ad id aūt qđ retro reliqua. Sz ꝯpatiōe ad octo poſteriores directe ſuppoſitos iūcture: pnt hi q̄ttuor appellari magni: ⁊ cōparatiōe ad alios pui. Originē aūt ducit hoꝝ muſculoꝝ par a pte illa ſpōdilis ſcđe vbi pforat̃ ꝓpter egreſſuz ſcđi paris neruoꝝ ortoꝝ a nucha.ſ.ꝓpe radicē ſpine ipſius. Et 2ᵐ par originē hz ex eminētia laterali ſcđe ſpōdilis colli:ita docēte Galie.vbi.ſ.his v̄bis. Explantationē v̄o ex pforata gdē apophiſi.i.explātatōe 2ᵉ ſpōdilis p̄ᵐ par hz. Ex eminētia v̄o laterali alteꝝ.

ADDITIO

¶ Anathomia muſculorum mouentium collum.

Conueniūt Auicē.⁊ Halyab.in aſſignatiōe muſculorum collū mouētiū q ſunt ſilēs illis q̄tuor q caput iclināt ad duo latera de qbus diximus paulo añ.cū illis.n.ꝯueniētiā hñt. tū in origine eoꝝ in nūero in ſitu:niſi ꝙ modicū ſunt inferiores. tū ēt in opōne ⁊ in manerie mot⁹:niſi ꝙ hi mouēt collū ⁊ caput.illi v̄o ꝓprie caput. Et hi gdē colli muſculi ſunt duo paria.i.q̄tuor:vnū quidez par ex illis eſt in dextra colli pte ⁊ alteꝝ eſt in ſiniſtra. Et gcūꝙ iſtoꝝ muſculorū q̄tuor ꝯhet̃ ſolus trahet ad ſe trāſuerſe collū.⁊ gcūꝙ duo lateris eiuſdē de dictis q̄tuor ſimul ꝯhent̃ ſine muſculis alteri⁹ lateris inclinabūt ad ſe directe collū cū rectitudine ſine trāſuerſiōe. Et qñ oēs ſimul opabunt̃ ſtabit collū erectum abſq3 aliq̄ declinatione. Et qñ muſculus dexter añrior iſtoꝝ q̄tuor ſimul ꝯhĩt cū ſiniſtro anteriori ſine duob⁹ alijs inclināt parūper caput ⁊ collum ad añriora. Et qñ dexter poſterior iſtoꝝ ꝯhĩt cū ſiniſtro poſteriori declināt caput ⁊ collū ad poſteriora ꝓportionabiliter.ſicut alij quattuor gb⁹ aſſimilant̃.ſi v̄o dexter hoꝝ añrior ſimul ꝯhat̃ cum ſiniſtro poſteriori nō ꝯctis alijs:aut econuerſo:neuter hoꝝ inclinabit caput.ꝯoperabunt̃.n.ſibiinuicē ſeſe impediētes;imo caput vtrinꝙ magis firmabit̃ q̄ ſi nō ꝯherent̃. Et in hoc app3 muſculoꝝ colli aſſignatio. Aſſignatōez v̄o oſſiū ceruicis adducemus paulo poſt in anathomia ſpondilium colli.

Situs ceruicis de ſe eſt conſpicabilis. a poſterioribus enim eſt poſita incipiens a ſuperiori parte a iunctura oſſis cranei cum prima ⁊ ſuppręma ſpondili:inferius vero terminata, ad iuncturā que eſt inter ſeptimā ⁊ octauam ſpondilez.

Colligantia ceruicis habet̃ ex oſtēſione iūcture capitis cum collo.



¶ Anathomia iuncture capitis cum collo.

Communicat iūctura capitis cum alijs iūcturis in ꝯpōne.eſt.n.pluriū oſſiū adinuicē cōnexio. ⁊ ſilr̄ in ꝯpſone de gb⁹ gnāli ſmone diximus ſufficiēter in lib.3. in anathōia iūcturaꝝ in genere. Due tñ res ſingulariter iūcture capitis fuerunt necīe.vz.firmitas ei⁹.eſt.n.infallaciſſima iuncturaꝝ. tum groſſitie ligamētoꝝ.tū multitudine muſculoꝝ. tū etiaz certitudine ꝯpōnis oſſiū:auctore Galie.iz.de vti. parti. cap.3. Et ipſa eſt radix oium mouētiuz inferiores aialis pticulas neruoꝝ:in ſeip̄a ꝯtinēs infallaciſſimā omniuz articuloꝝ rōnabilr̄ habet ꝯſtructionez ꝓpter id qđ diximus. Res āt 2ᵃ necīa illi fuit multitudo nūeri motuū: auctore Auicē. Sz due intentiōes ꝯrie ſunt ad has res neceſſario reqſite.nā firmitas iūcture pēdet ex iūctura affirmāda.i.ex hac intētiōe vt iūctura fiat ſtricta vt parū ⁊ vix motib⁹ ſit obediēs. Et multitudo nūeri motuū depēdet ex ꝯria intentiōe.i.ex facilitate ſiue habilitate iūcturaꝝ ad motū ⁊ earū laxitate. Et hoc iō factū eſt vt laxitas iūcturaꝝ capitis cū collo ptrāſiret ꝯplementuz firmitatis .i. vt dicte iūcture partim laxe partim firme fierēt:ſed laxitas eaꝝ:maior eſt ēt firmitate q̄ firmitas iūcturis his acqrit̃ ꝓpter muſculos cingētes ⁊ circūdātes eas. Fuerūt itaꝙ hę due intētiōes iſtis iūcturis acqſite.vz.eq̄lis affirmatio multitudīe muſculoꝝ:quos aſſignauimus. facilitas v̄o ad motū ꝑ eaꝝ laxitatē. vnde de⁹ q melior oīb⁹ factorib⁹ exiſtit ſit bñdictus. Et Auicē. gdē in ꝯſtructōe ⁊ perplexitate iūcture colli ꝯſentiebat Galo.io. de vti.p.7.cap. lz in modo ꝓuiſiōis diſſentire videat̃ in ſupficie.v̄boꝝ ſicut adducem⁹ in additiōib⁹: duas aūt eē iūcturas capitis. vz. cū p̄ma ⁊ cū 2ᵃ ſpōdili colli qb⁹ ꝯplent̃ motus capitis diuerſi:⁊ eas eē p̄cipuas aliaꝝ merentes maximā cuſtodiā:⁊ a nā mirabilr̄ ordinatas cū alijs de his iuncturis inquirēdū eſt in anathomia ſpondilium colli.

ADDITIO

Galie. duodecio de vti.p. ca.7.de iūctura capitis ſic dicebat. Quia eni ſimul gdē īfallaciſſimā oportebat eē articulationē.ſimil̃ aūt ad plm ⁊ vbi moueri meli⁹ erat. Monſtratū v̄o eſt hec ſibiinuicē repugnare: ⁊ īfallacia gdē conſtructiōis paucos ⁊ puos opat̃ motus:ꝓmptitudo v̄o q̄ in his ⁊ varietas laxa articulatiōe indiget.p̄mo gdez laudare opz nām eligētē qđ eſt magis neceſſariū:deīde qm̄ neꝙ reliquū totalr̄ neglexit:ſed multis ingeniationib⁹ correxit. Admirādū eſt ſm̄ hoc de ope ei⁹: ⁊ in hoc totū ꝯſentiūt Galie.⁊ Auicē.ſubdebat tñ Galie. Infallacia gdē articulis capitis ex his q̄ diximus facta eſt.nocumentuz v̄o motū ſeq̄ns necīo ad eū correxit multitudine ⁊ magnitudine:⁊ multi forte pōnis muſculoꝝ:quoniā.n. multi ſūt ⁊ magni manifeſtū eſt oīb⁹:⁊ ēt q̄Ꝝtū multiformis eſt earū poſitio. Ex eo ꝙ vndiꝙ circueūt caput euidēter oſtēdit̃. Et ꝓpter hoc nullo motu caret. Ad quācūꝙ.n.ptez volueris id declinare prompte poteris:eo q eſt ſm̄ illaz ptē muſculo agēte:videt̃ itaꝙ Galie.putaſſe ꝙ nā p̄mo ⁊ p̄ncipalr̄ capitis iūcturā cū collo firmauerit:poſtea ꝓuidiſſe de multiplicitate motuū ꝑ multitudinē muſculoꝝ circumpoſitoꝝ.ſic.n.videbat̃ docere Galie. vbi ſupra.cap.4.his v̄bis. Capitis v̄o articulus excidētiam.i. diſlocationē nō ſuſtinet:quoniā p̄ncipalis ſufficiēter eſt ⁊ cōfeſtim corrūpit animal:elegit ita igit̃ nā paucos capitis motus infallaces dare magis q̄ fallaces diuerſos. vñ neꝙ ſimplicē:neꝙ laxū creauit eius articulū: ſed duplicez ſimul ⁊ vigoroſum. Illud aūt ꝙ dicebat Auicē. factū eſſe vt iuncturarū laxitas pertrāſiret complementum firmitudinis ad intellectū quē dedimus: dicimus

ꝙ qꝛ caput ſine collo moueri pōt. ideo iunctura eiꝰ reputat̃ laxa. nã iunctura laxa eſt illa: cuiꝰ vnuꝫ ſuoꝝ oſſium ſuis motibꝰ poteſt moueri: ita ꝙ aliud os nõ moueat̃ ſic docente Auicē. pͥma pͥmi. Cum hoc tamē ſtat ꝙ capitis iūctura ſit infallaciſſima. ſic affirmãte Galie. vbi ſupra. caplo. 3. cū dicebat. capitis vͦ articulus ceu radicē oīuꝫ mouentiū inferiores animalis particulas neruoꝝ in ſemetipſo cōtinens infallaciſſimã omniū articuloꝝ rationabiliter hꝫ cōſtructionē. infallacia vͦ per groſſitiē colligationū ⁊ multitudinē muſculoꝝ ⁊ ipſaꝫ certitudineꝫ que eſt ſm̃ compoſitionē oſſiū facta eſt: ex quibꝰ omnibus apparēt ſitꝰ ⁊ iuuamētū ⁊ ꝓprietates hꝰ iūcture.

**Iuuamenta** ceruicis ſunt. tū cū collo ſibi ex oppoſito exiſtēti caput excipere ⁊ ſuſtinere. tū etiã ſuis muſculis ipꝫ caput multiplicibꝰ motibus mouere: ipſumqꝫ in ante ⁊ retro circūflectere. tuꝫ etiã gr̃a q̃rūdã particulariū aſcendētiū ⁊ magis deſcendentiū per ipſaꝫ. ſicut etiã collū: auctore Gal. 8. de vtili. parti. ſicut addiximus in anathomia colli. Lꝫ autē ceruix: ſicut ⁊ collū hoīs ſit flexibile: nō tñ ita vt retro ſe videre poſſit: quēadmodū euenit gruibus ⁊ ciconijs: nã qꝛ diſlocatio articuli. i. iūcture capitis ē ꝑiculoſiſſima: eo ꝙ ꝑcipue ipſa eſt animalibꝰ: ſicut ſola oīuꝫ in inſtanti eo tēpore ſi hꝫ nedū magnaꝫ dearticulationē. i. diſlocationē: imo quācūqꝫ declinationem: noceat. mox. n. abſqꝫ reſpiratiōe ⁊ voce ⁊ imobile ⁊ inſenſitiuū ſit totuꝫ aīal: ceu ipa neruoꝝ radice. i. nucha patiēte: ⁊ ideo nã magis elegit fortitudinē iuncture capitis cū collo q̃ꝫ multiplicem motuū ad oēm partē: q̃liter aūt contingat plura ex animalibus brutis vti collo ⁊ ceruice loco manuū diximus in anathomia colli.

ADDITIO

**Paſſiones** ceruicis plurium ſunt modoꝝ vt ſatis eſt notū: ꝑcipue cōplexionales ac ſimãles vtplurimū declinãtes ad frigidū: ⁊ materiales ⁊ ſpaſmi repletiōales humidi a mã imbibita muſculis eius: quoꝝ magna eſt copia vt diximus. ¶ Amplius ⁊ ſpaſmus de ſiccitate ꝑcipue occurſu rei vehemēter calefaciētis ⁊ exiccãtis: ſicut contigit. d. Anto. de ruſtica patauino: cui per appoſitionem lateris vehementer calefacti circa regionem ceruicis de conſilio cuiuſdam medici remanſit cum ſempiterna contorſiōe ⁊ contractiōe colli ad latus ſiniſtrum.

TEXTVS

¶ Anathōia ſpine dorſi in genere que grece dicit̃ achanta: auctore Ruffo.

**Licet ſpina** aliqñ appellet̃ explantatio oſſoſa vniꝰ ſpōdilis in poſteriori parte eiꝰ. Attamen in pñti nomine ſpine intelligimus congregationē ſiue congeriem oīum ſpondiliū ⁊ apophiſium earū ſiue explãtationū ⁊ additamentoꝝ. Totã. n. regionē ſpondiliū ab oſſe cranei vſqꝫ ad os ani ſiue caude vocabat ſpinã Galie. 12. de vtili. par. quã etiã dorſum dicimus ⁊ ſpinã dorſi. dicebat. n. Galie. ibidē. caplo. 14. Et vocatã ſpineꝫ ꝓduxit. ſ. nã ex medio poſterioꝝ partiū veluti ſepē aliq̃ꝫ totiꝰ dorſi hãc ꝓponēs ꝓus q̃ſſandã ⁊ cōterendaꝫ ⁊ oīo depaſſurã q̃ꝫ ad aliq̃ꝫ ſpōdiliū ꝑmãeat nocumētū.

¶ Vniuerſa aūt poſterioris ptis regio ⁊ ſi cōpoſita ſit ex cute carne pãniculo ⁊ oſſibus.

**Subſtantia** tamē ipſa ſpine ē ſimplr̃ oſſoſa: ⁊ eſt mēbꝝ firmuꝫ forte ⁊ mobile: auctore Galie. ibidē ⁊ duruꝫ: qꝛ. n. veluti carina eſt ⁊ ſedes totius aīalis durū fuit factū: dicebat ipe. caplo. 9. ibidē: et qꝛ ipſa eſt veluti murus ꝓpterea munita eſt ꝓmiſſorijs in circuitu multis que parū poſtea dicã. ſ. in anathomia ſpōdiliū. Et qꝛ ipſa eſt motus organū ꝓpterea ex pluribus oſſibus ſm̃ articulos coinnitētibꝰ facta eſt. Et ipſa q̄dē eſt initiū in oībus que oſſibꝰ ꝯſtãt: auctore Ariſto. 3ͦ de hyſtorijs: que compacta ex vertebris. i. ſpōdilibus a capite ad coxas porrigit̃. Nã aūt non ſimplex ⁊ in cōpoſitū os ſpine opata eſt: quãuis ad firmitatē eēt meliꝰ. ſicut dicebat Galie. ibidē: cū neqꝫ exarticulari: neqꝫ dearticulari poſſꝫ: neqꝫ aliquã aliã talē ſuſtinere paſſionē: niſi ita varie eſſet articulata: ſꝫ ſiqa ad vix paſſibilitatē ſoluꝫ aſpiceret: ⁊ nō eēt aliq̃ alia ei honorabilior itentio in ſingulo organoꝝ que ꝯficiunt̃: nō vtiqꝫ aliter q̃ꝫ ſimplex id creaſſet: aut oīno nō cōpoſituꝫ: ſicut in aīali lapideo vel ligneo ſit. Animali aūt debēti vti ſuis mēbriſ: ⁊ ambulare pedibꝰ ⁊ vti: ⁊ ſuis apprehēdere manibꝰ: ⁊ inclinari ⁊ ſuꝑ eminere: aut ſupiuiuere verſus dorſum: nō erat meliꝰ: neqꝫ in manibꝰ: neqꝫ in pedibus vnū hēre os: neqꝫ ſm̃ totū dorſuꝫ: qꝛ ḡ ſm̃ ſubaꝫ aīalis maxime ineſt ei moueri. hoc aūt non eſt poſe ſine articulis fieri: ꝓpterea multis eſt cōpoſitū particulis. Natura. n. ſempꝫ cōſiderat actū ⁊ infallaciã membroꝝ: ⁊ nō alteruꝫ hoꝝ tm̃: ſꝫ ſempꝫ ambo: ꝑorē tñ dignitate actuꝫ: ſecūdario aūt infallaciã. Ad ſanitateꝫ tñ et durabilitatē ꝑcedit ifallacia mēbroꝝ: ſꝫ actus ad intētionē opãtis ꝑcedit. ſpina itaqꝫ dorſi creata fuit dura ⁊ de ſpondilibꝰ ordinatis ⁊ nō de oſſe vno: neqꝫ de oſſibꝰ magnis ⁊ longis: ſed ꝑuis ⁊ multis: nec potuit hēre iūcturas niſi laxas valde vt illi poſſint eſſe motus inclinatiōis ⁊ erectiōis. Et ſunt hec oſſa ſpōdiles dicta: qbꝰ facte fuerunt ſpine ⁊ ſimenia ⁊ reliq̃ apophiſes ſiue explãtatōes: aut additamēta gr̃a finium quos dicemus in anathomis.

**Complexio** ſpine eſt frigida ⁊ ſicca: ſicut etiam eſt ea que alioꝝ oſſium.

**Figura** ſpine fuit concaua ab intra: qꝛ ipa erat via dorſalis medulle: auctore Gali. vbi ſupra. Et oīno ipſa habuit figurã ꝓpriã alijs meliorē: dicebat Auicē. ſ. circularē ſiue rotūdã. i. arcualeꝫ q̄ eſt remotior a receptiōe nocumētoꝝ euenientiū ex ꝑcuſſionibꝰ ⁊ ipulſionibꝰ q̃ꝫ oēs alie figure: cuiꝰ cauſa eſt: qꝛ rotūdū nō tangit aliud corpꝰ: niſi in pūcto: dicebat Auicē. 14. de aīalibus. Et lꝫ homo cōparatōe alioꝝ aīaliū ſit erecti corporis ⁊ figure: neqꝫ habeat figurã omnino circularem: niſi q̃tū ad itrinſecas circūferētias foraminū ſpondiliū nuchã ꝯtinētiū. Figura tñ ſpine ⁊ dorſi in hoīe ꝑculdubio fuit arcualis ad circularē declinãs. tuꝫ ex parte ſitus ſimenioꝝ ſpōdiliū: quoꝝ exiſtētiū ſupra decimã ſpondiliū pectoris ſimenia iferiꝰ depſſa ad ſimilitudinē ſemiarcus vſus decimã ſpōdilē: cuius ſimeniū eſt rectū ꝓut oſtēdemus in anathomia illius ꝓpria. Simenia autem ſpondiliū ſub illa decima exiſtētiū ſupiꝰ ſunt eleuata verſus ſimeniū decime ad ſimilitudinē alteriꝰ ſemiarcꝰ ex qbꝰ duobꝰ q̃ſi ſemicirculis conſurgit qōdãmō arcualis figura dorſi ⁊ ſpine. tū ēt ex p̃te ſitus partiū ad queꝫ magis declinat. ſ. ad añriꝰ. Ad añriꝰ. n. flecti nãliter iclinat grauitas huma. corpis ⁊ motꝰ volūtarij eiuſdē. ſic nãqꝫ minꝰ naturaliter laboramus. Tardiuſqꝫ defatigamur in anteriora flexi q̃ꝫ erecti ſtãtes qō eſt conſpicabile in imbecillibus ſenibus ⁊ defeſſis qui magis incuruãtur fortioribꝰ iuuenibus ⁊ minime defatigatis: ita docente Gal. vbi. s. his verbis.

ADDITIO

**Hec itaqꝫ** figura ſm̃ infallaciã data eſt ſpine: concordãs vniuſcuiuſqꝫ explantationē ſufficiēter: auctore Galie. vbi ſupra. Inferius. n. ea que ſurſum ſunt. ſuperiꝰ vͦ eis que inferiꝰ repētibꝰ eis vt ſimillima eis fiat ſpēs edificatōis his quas fornices. i. arcus nominant. ſolus igit̃ ſpondilis qui eſt ſm̃ mediuꝫ dorſi poſterior explantatio que ſpinã operat̃ verſus neutram partem ruit: ſed certitudinaliter abſqꝫ inclinatione ad id qō retro tēſa qualiter aliter eã oparet̃ ſimilē fornicis

niſi qdē ꝑus explātatio vniuerſas que ex īferioꝛib⁹ partibus ſurſuꝫ adduceret. ſicut ꝛ eas que ſurſum inferiuſ: ſm aūt ꝛ aliquē cōeꝫ terminū ꝛ receptibilē ꝛ rectū que veluti ſūmitas quedā debebat eſſe fornicis. Et talis termin⁹ eſt ſpondilis decima que eſt media nō ſm numeꝛ ſpondilium: ſed ſm longitudineꝫ doꝛſi inter ſpondiles habētes ſimenia. Et hec eſt decima ſpondiliū pectoꝛis. Et in hoc admirādū eſt de ſapientia creatoꝛis qui nature opus fecit eſſe opus intelligētie: dicebat Albertus. ꝛ ideo doꝛſum ad rotunditatē formauit: eo ꝙ hec figura minus ſuſcipit nocumēta. ꝛ ideo additamēta omnium ſpondiliū ſupioꝝ vſqꝫ ad mediā ſic oꝛdinauit ꝙ capita additamentoꝝ ſuperioꝛis ſpōdilis curuauit ad inferiorem: in qua in cōcaua illius recipianꝭ: ꝛ ecōuerſo capita additamētoꝝ īferioꝝ curuauit in ꝯcaua ſuperioꝝ: ꝛ ſic colligauit eas vſqꝫ ad mediā ſpōdilē īferi⁹ ꝛ ſupi⁹ ſpondiliū pectoꝛis: de quo dicebat Hal. iꝫ. de vtili. p. cap. z. ſꝫ iſte quidē medius nō eſt ali⁹ ꝙ decimus ſcapule. diuiſit enīꝫ ꝛ hic totū doꝛſum natura certitudinaliter ad partes equales molē ſpondiliū ꝛ nō numerū eligēs. multo enīꝫ ſunt plures que ſunt deſuper: ſed tamen tanto maioꝛes exiſtunt eis que ſunt inferius ſm moleꝫ coꝛpoꝛis quāto deficiūt a multitudine: q̄lis aūt ſit vlterioꝛ diſpōhui⁹ medie ſpōdilis notū fiet in ei⁹ anathōia.

**Quantitas** ſpine eſt nota ad ſenſum. fuit. n. ꝓtenſa in longū. a termino. n. oſſiū capitis ad os vſqꝫ ani ꝓtingūt oſſa ſpine: auctoꝛe Halyabbate: ꝛ eſt dura vt ſit defenſio ꝛ clipeus olum membꝛoꝝ mollium que ante ipſaꝫ poſita ſunt per totā coꝛpoꝛis lōgitudinem. ideoqꝫ in ea create fuerūt ſpine dentes ꝛ ale. Ꝛꝫ magnitudo vniuſcuiuſqꝫ explantationis q̄s operaꝭ ſpina ineq̄lis in omnibus ſpōdilib⁹ ſit: auctoꝛe Hal. vbi. ſ.

❡ Doꝛſum aūt totū: lꝫ ſit vna res: auctoꝛe Auicē. ſ. veluti carina ꝛ fundamentū toti⁹ coꝛpoꝛis: ꝛ veluti vna caſſula nuche: ꝛ veluti vnū colligatū ad inſtar catene. ſic. n. veluti vnū coꝛp⁹ ſpōdiles doꝛſum efficiunt firmū foꝛte ꝛ immobile: dicebat Halienus.

**Numero** tñ q̄ttuoꝛ ſunt maxime partes doꝛſi et ſpine. ſ. ceruix ſiue collū quātum ad poſterioꝛē eius partē oſſoſaꝫ. poſterioꝛ ꝑs reſpōdēs thoꝛaci. lumbi ꝛ ſacrū ſiue latuꝫ os. ſic. n. docebat Halie. iꝫ. de vtili. parti. cap. iꝫ. cū dicebat. Nec etiā ꝓpter qd̄ q̄ttuoꝛ eſſe maximas partes doꝛſi toti⁹ dicebamus imanifeſtū eſt. In medio. n. exiſte thoꝛace. cōtinentib⁹ vo eū ex altera vtra parte: de ſurſuꝫ qdē collo: ab inferioꝛi lumbo cōiter vo omnib⁹ predictis ſub firmato amplo oſſe q̄ttuoꝛ maxime ꝑtes totius doꝛſi ex neceſſitate efficiunꝭ. Idē volebat Halienus in codē libꝛo. caplo. io.

❡ Neqꝫ Auicē. doꝛſum diuidēs in qnqꝫ magnas partes. ſ. in collū. ꝛ in partē poſterioꝛē pectoꝛi coꝛreſpōdenteꝫ. alchatiꝫ. albauius. ꝛ alhoſos. ipſumqꝫ dicēs conſtare ex ſpōdilibus triginta quas oēs inter oſſa cōnumerat non diſſonat Halieo niſi verboꝝ varietate: eo ꝙ Halien⁹ vltimas duas ſpōdiles caude nō poſuit eſſe oſſa: ſed cartilagines: ꝓpterea qꝛ ꝓpinque ſūt nāe cartilaginis. Auicēna aūt abſolute nominauit eas oſſa ꝓpter eoꝝ duritiē ſup duritiē aliaꝝ cōmuniter cartilaginum.

**Situs** ſpine ſenſu apparet.

**Colligantia** autem illius in anathomia ſpondilium nota fiet.

**Iuuamentum** cōe ſpine in homie: ꝛ alijs animalibus habeꝭ ex hoc. tuꝫ ꝙ ipſa eſt via ꝑncipij neruoꝝ motiuoꝝ. cuſtodia nobiliū. molliū fundamentū oſſiū. ꝛ inclinatiōis ꝛ erectionis ꝛ ſtatus adiutoꝛiuꝫ: auctoꝛe Alberto. tum etiā qꝛ ipſa eſt platea publica arteriarum neruoꝝ ſpūum ꝛ virtutū: ꝛ lectus membꝛoꝝ ſpiritualiū: continēs medullaꝫ vere humiditatis: ſicut docebat Cōciliatoꝛ in additionib⁹ Meſue. tum etiā qꝛ natura ſpinā ſiue doꝛſum animalib⁹ veluti carinā aliquā coꝛpoꝛis neceſſariaꝫ ad vitam operata eſt: auctoꝛe Halieno. vbi ſupra. ꝓpter illud enim nos quidē recte ambulare poſſumus. Alioꝝ vero animaliū vnūquodqꝫ ſm figuram que erat ei melioꝛ. Et omnino vt ipſam coꝛpoꝛis craſſitudinē firmiter nature comprehēderet maioꝛib⁹ ꝛ breuibus oſſib⁹ colligatis quaſi carinā compegit: quā nos dicimus ſpinā: eamqꝫ noluit ex vno perpetuoqꝫ oſſe foꝛmare ne gradiendi flectēdiqꝫ ſe facultatē animal nō haberet: dicebat Firmianus. Sūt nāqꝫ oſſa ſpine tāꝙ fundamentū omnibus oſſibus quēadmodū omnia nauis ligna in exoꝛdio eius edificātur ſuper lignū medium: qd̄ eſt inferius cui alia infiguntur. Et eſt ſpina cautela ꝛ operimentū omnibus que ſuppoſita ſunt illi viſceribus ꝛ lacertis: auctoꝛe Halyabbate: ꝛ clipeus membꝛoꝝ nobiliū que ſunt coꝛam ipā. Halien⁹ aūt. iꝫ. de vtilita. particu. caplo. 9. Iuuamēta doꝛſi ꝛ ſpine his verbis oſtendebat. Et tibi quattuoꝛ iam vtilitates doꝛſi ſunt he. Prima quidē velut ſedis alicui⁹ ꝛ fundamenti neceſſarioꝝ ad vitaꝫ oꝛganoꝝ. Secunda vero ſubdebat Halie. velut vie alicuius doꝛſalis ideſt ſemita ꝛ cuſtodia per quaꝫ trāſit nucha. Tertia cuſtodie nuce. Et quarta oꝛgani motus qui ſecundū ſcapulas. Quinta vero ex ſuperabundanti his aduenit. ſ. iacentiū ante eum viſcerū cuſtodia. ſ. coꝛdis ꝛ epatis ꝛ alioꝛuꝫ membꝛoꝝ nobilium que ſunt poſita coꝛaꝫ ipſo: quoꝝ ipſa ſpina eſt cuſtodia ꝛ clipe⁹. Ideoqꝫ ſimenta ꝛ ſpine in creatione eius facte fuerūt: auctoꝛe Auicē. Sed hoc quidē ex neceſſitate ſequi debebat. ſubdebat Halie. Intentiones vero ad quas natura aſpiciēs conſtructionem eius totā fecit quattuoꝛ ꝑdicte exiſtūt. Addebat aūt Auicēna iuuamentuꝫ aliud doꝛſi: vt videlꝫ ſit alioꝝ oſſiuꝫ ꝑncipiū ſicut lignū qd̄ in exoꝛdio nauis ꝑmo poniꝭ: cui alia ligna infiguntꝭ ſecūdo ꝛ annectunꝭ. Ideo doꝛſuꝫ durū creatū fuit vt ſtabile fundamentuꝫ ꝛ vt poſſit homo ſtare: ꝛ ad multas ſe mouere partes. ideo doꝛſuꝫ de ſpōdilibus oꝛdinatis factū eſt nō de oſſe vno: neqꝫ de ſpondilibus magnis.

ADDITIO

**Modus autem** motuum ſpondilium in motu doꝛſi eſt talis ꝙ flexo doꝛſo. ſ. quando doꝛſum incuruaꝭ opoꝛtebat ſpondiles ſuperiacentes ad inferioꝛes ꝑtes tranſmoueri. ſ. que ſunt ſupra decimam ſpondilē inferius moueri. ſurſum vero niere. i. flecti ſubiacētes ſurſum: auctoꝛe Halie. iꝫ. de vtilitate parti. caplo. z. Et terminus hui⁹ figure eſt elōgatio ſpondilium abinuicē maxima poſſibilis: ac ſi opoꝛteret doꝛſuꝫ fieri malus. At vero recuruatis nobis. i. retro flexis ꝛ erectis ecōuerſo opoꝛtebat moueri ſpōdiles ſuperius. ſ. ire ſuperiacentes: inferius aūt ſubiacētes. Et termin⁹ huius figure eſt coaduenire oēs ſpōdiles adinuicē verſus mediū accedentes ac ſi breue cogereꝭ fieri totū doꝛſum nobis. ſ. recuruatis. Cauſam aūt quare poſſibile eſt nobis ante flecti plurimuꝫ. retro vero nequaꝙ aſſignabat Halie. vbi ſupra. vniuerſos eniꝫ ſpōdiles ꝑter duos ꝑmos ex anterioꝛibus partibus fecit natura inuicē colligatos: articulatos vero retro: firmitateꝫ in poſterioꝛibus figurationibus: ꝓpter anterioꝛē articulationē acquirentes: moueri vero nō fuerunt ꝓhibiti: quoniā nō ſunt coadunati ex poſterioꝛibus: ſꝫ nō paruis articulis ſunt diſtincti. rūpes. n. ſi coegeris retro doꝛſuꝫ mouere alteri⁹ ligamētū: qd̄ ita quidē eas colligat adinuicē vt nihil deficiant a cōiunctiōe. Additamentū vero breue ſuſcipere poſt ſecundū eas que verſus retro flexiones doꝛſi. nō

eniꝫ erat poſſibile ſimul quidē forte exiſtere id: ⁊ ſimul multū extendi: quāuis ⁊ hoc inquātuꝫ poſſibile fuit mirabiliter preparatū ſit a natura. Mucillaginoſum .n. habet ligamentū: ſicut Hypocrates nominauit: de hoc tamen lucidius in anathomia ſpondilium paulo poſt.

ADDITIO

**Paſſiones** ſpine ⁊ dorſi cuꝫ plures eſſe poſſint. dolor tamē eſt quedā illius ſpālis paſſio de qua particulariter agunt ſapiētes: ſicut Raſis .iz. cōtinentis: auctoritate Galie. ⁊ Auicē .zz. tertij. qui aūt eſt occupans totam ſpine regionē licet raro: quādoqꝫ partē ei⁹ tantuꝫ: ⁊ hoc eſt ſecundū plurimuꝫ: qui occupans ſuperiores partes dicit̄ dolor colli. Mediā vero partē dolor dorſi. Et ita occupando partes inferiores ſuo modo denominat. Fit etiā aliquādo dolor in muſculis itrinſecis ⁊ extrinſecis ⁊ in ſpondilibus .ſ. ratiōe neruoꝝ in articulationibus exiſtētibus. Et ſecundū plurimū a materia flegmatica cruda: aut a flegmate puro ſine materia. Cui ſubuenit inunctio lōga ⁊ fricatio ſuper dorſo facta ex oleo camomellino: de lilio: aut de ſpica: ⁊ maſtice cuꝫ vino.

⁋ Anathōia ſpondiliū in genere. TEXTVS

**Anathomiā** ſpondilium cōuenientius ⁊ clarius oſtendere eſſet in corpore decocto vel excarnato vl' aliter deſiccato ſiue preparato: ſed qualitercūqꝫ ſit ſpondiles appellabat Ariſtote .3. de hyſtorijs vertebras. Alij vertibula. Et ipe quidē ſunt oſſa quoꝝ ſumme partes nō equaliter finiunt. Sed qbuſdam groſſiorib⁹ nodis cōglobate: ⁊ ſubſtringunt̄ faciliter neruis ⁊ tutius vertunt̄. ſpondilis aūt iꝫ proprie ſit vertibulū illud qđ apponit̄ fuſis mulierū vt meli⁹ nendo vertantur. Trāſumptiue tamen eſt os in cui⁹ medio eſt foramē per qđ nucha trāſit: auctore Auicē. vertebre .n. oēs foramie medio ꝑuie ſibi iūgunt̄: dicebat Ariſt. ſunt nāqꝫ oſſa ſpine quā nominabimus: ⁊ quorūdam eorum ſubſtātia creata fuit groſſa: quedā ſubtilis: auctore Halyabba. Partes eniꝫ ſpine ſuperiores tenues ſunt ⁊ introrſum late: iferiores vero groſſe ⁊ parue latitudinis intus. Et hec fuit cauſa vna ob quam ſpina ex pluribus oſſibus fuit conſtructa.

**Complexio** ſpondilium eadem eſt que aliorū oſſium.

**Figura** nō oēs ſpōdiles cōſimili diſponunt̄. cū .n. oēs perforate ſint amplo foramine per qđ trāſit nucha: ⁊ alijs duob⁹ foraminib⁹ in vnaquaqꝫ ſpōdili per que fit exitus neruoꝝ: ⁊ ſubintroitus venarū ⁊ artariarū deferentiū nuche ⁊ pāniculis eius ſpūm vitalem ⁊ ſanguinē. Accidit ꝙ ſpondiliū quedā ſunt largioris ꝯcauitatis: quedā vō arctioris. Cauauit nāqꝫ natura ab intra oēs ſpondiles: ydoneā quandā viam debēti deſcendere per eam portiōi cerebri preparās: dicebat Galienus .iz. de vtilitate particularū.

**Quantitate** quoqꝫ ⁊ magnitudie: neqꝫ oēs create fuerūt equales. ſicut neqꝫ in apophiſibus .i. explātatiōibus ſiue additamētis: neqꝫ in lenitate ⁊ grauitate: neqꝫ in ſubtilitate ⁊ groſſitie: neqꝫ in intrinſeca cōcauitate: ſicut ſingulariter de omnibus notum fiet. Nā earū oēs quecūqꝫ ſuperiores ſunt quātitate ſunt minores: ſed ꝯcauitatis latioris ⁊ tenuioris ſpiſſitudinis: q̄ aūt inferiores volūt maiorē: ſed cōcauitatē minorē maiori comitatā ſpiſſitudine: dicebat Haliabbas. Propter qđ aūt groſſe ſint ſpondiles que ſm thoracem que obliq̄. ſubtiles aūt que ſm lumbū ad ſacrū os. In eis aūt que ſm collū groſſe ⁊ bifurcate ſūt: docebat Galie. Aut qꝛ non ſolū ſm thoracales coſtas articulatis eis: ſed etiā per totū ſuperiacentibus: ratiōabile fuit firmas ⁊ fortes ipſas fieri. eas vō que ſm lumbū ⁊ ſacrum os cū vaſa ⁊ muſculi aſcēdant ſolū nō erat op⁹ cū fortitudie: q̄ vō facte ſūt i collo groſſe facte ſūt. TEXTVS

**Numero** ſunt oēs ſpōdiles plures etiā ⁊ nō vna ſpondilis: ſicut neqꝫ earū iuncture: qn immo neceſſe fuit eas multiplicari ꝓpter cām quā adducemus in additiōibus. Fuerunt aūt oēs create numero 24. ⁊ alij ſunt qui hñt vnaꝫ plus ⁊ ſunt .25. Alij vnā minus ⁊ ſunt .23. auctore Auerroy. ꝑmo colliget. ſunt enim ſicut ſigillatiꝫ oſtēdemus .7. quidē colli. ⁊ .iz. dorſi vſqꝫ ad locū extremitatis dyafragmatis: ⁊ iferiores vſqꝫ ad os renū .5. que ſimul ſūt .24. Et oſſa renū tria: ⁊ oſſa caude ſimilr̄ que ſimul ſunt .30. ⁊ hic quidem eſt numerus ſpondiliū oīum tam verarū q̄ꝫ mendoſaruꝫ. veras dico ⁊ ꝓprie ſpondiles colli dorſi ⁊ renum. Nō veras autem alias que ſub his ſunt poſite: cū quibus ſi ꝯiungant̄ duo oſſa gutturis: de quib⁹ ſuperius diximus: os .ſ. triangulare ſuper epiglotiꝫ exiſtēs: ⁊ os quadrāgulare ſuꝑ vuulā pendēs erūt oſſa .32. Et hoc eſt ſecundū curſum naturalem ⁊ cōem: quāuis aliter aliquādo cōpertū ſit. Narrabat eniꝫ Albertus ſe iā vidiſſe duo oſſa caude duorum mortuoꝝ: quoꝝ vnū ex quinqꝫ: alteꝝ ex quattuor cōpoſitū erat oſſib⁹: parua tñ erāt ⁊ breuia. ADDITIO

**Cauſa** multiplicatiōis ſpondiliū ⁊ iuncturarū ipſarum a Galieno: ita aſſignabat̄ .iz. de vti. par. caplo vltimo: quia .n. oportebat ſpondiles qdē ſimul veluti vnū corpus efficere dorſum firmuꝫ ⁊ forte .i. eas ita fortiter ſtringi quaſi eſſent vnū os. ſicut quādo corp⁹ erigit̄ perfecta erectione. ſimul aūt ⁊ mobile .i. ⁊ qꝛ oportebat quādoqꝫ incuruari diuerſimode: nūc multū: nūc vero parū: nūc ſupra: nunc ſub. admirari dignū eſt de ingeniatiōe nāe ad ambas vtilitates ⁊ nimirū ꝯtrarias exiſtētes ydoneū operantis dorſum: multiplicando videlꝫ ſpondiles ⁊ iuncturas inter eas.

⁋ Numero ꝑtes ſpōdiliū nō hñtur eodē. Partiū .n. eaꝝ quedā ſunt q̄ ab Auicē. dñr additamēta. ſic .n. ea vocabat Auicē. q̄ a Galiēo .iz. ⁊ .iꝫ. de vtilita. parti. noiabant̄ epiphiſes ⁊ explātatōes. Et ab Halyab. augmēta ⁊ eoꝝ quedā dñr cōiunctiōalia: a qb⁹ plurib⁹ aut paucioribus nulla ſpōdilis abſoluit̄: ⁊ ſunt illa q̄ ſunt in extremitatibus ſupiori ⁊ iferiori ſpōdiliū: ſm q̄s copulant̄ inuiceꝫ. Alia vō dñr additamēta eoꝝ defenſoria: in qbuſdā ſpōdiliū: ⁊ ſi nō in oīb⁹ reꝑta. ſicut ſunt ſpine q̄ retro ſunt ⁊ ale a laterib⁹: quedā vō ſunt ex parte ꝯiūctōalia. Ex ꝑte aūt defenſiua q̄lia ſunt ale ſpōdiliū exiſtētiū in directo coſtaꝝ: q̄ ſunt ad defenſionē ſpōdiliuꝫ nuche neruoꝝ ac venaꝝ illic poſitaꝝ. Et cū toto h̄ ēt ſuſcipiūt in ſuis vacuitatib⁹ capita coſtaꝝ ꝑ modū iūcture. Et oīa hec additamēta cuiuſcūqꝫ maneriei fuerint ſūt oſſa ⁊ ꝑtes vł ſpōdiliū vł a ꝯtinuitate illis ꝯtinuata cū ſpōdilib⁹ vnicū os cōſtituētia: nō aūt ſunt oſſa ꝑ ſe diſtincta a ſpōdili. Sūt aūt additamēta ꝯiūctionalia oſſa circa loca ꝯiūctionuꝫ ſpondiliū poſita roborātia earū iuncturas. cum eniꝫ ex multitudine foraminū: qb⁹ vnaqueqꝫ ſpōdilis ꝑforat̄: ībecilles exiſtāt: niſi roborarent̄ circa loca ſuaꝝ iuncturarū: facilis fieri poſſet eaꝝ diſlocatio celeriter ducens ad interitū. Et in hoc appet iuuamētū eoꝝ. Et hoꝝ qdē additamētoꝝ q̄ttuor ad min⁹ oīum ſpondiliū ſunt cōia: auctore Gal. iꝫ. de vti. ꝑ. cap. z. ſ. a dextra ⁊ a ſiniſtra ꝑte ⁊ a duob⁹ laterib⁹ foramis ſpondilis: ꝑ qđ trāſit nucha .ſ. ſurſuꝫ ⁊ deorſum: auctore Auicē. qꝛ .n. vnaq̄qꝫ ſpōdiliū deſup: ⁊ ab īferi⁹ ꝯuerſat̄ .ſ. duob⁹ additamētis ſupi⁹: qbus ꝯiungit̄ oſſi ꝓximo ſupiori: ⁊ duob⁹ īferi⁹: qb⁹ coniungit̄ oſſi ꝓximo inferiori: excepto vltimo oſſe caude: qđ nō ꝯiungit̄ inferi⁹ alteri oſſi: cū eis q̄ ſunt ex alterutra ꝑte: rōnabilr̄ aſcenſiue qdē explantatōes dñr a Ga-

lieno ſiue additamēta aſpiciētia ſurſum ab Auicē.due: deſcēſiue aūt due alie facte ſunt:dicebat Gal.vbi.ſ.ſiue additamēta īuerſa:aut aſpiciētia deorſum ſm Auicen. qui ſpondilē ꝓferebat feminini generis. Galie.aūt ma/ ſculini:ſpondiles aūt tantū quattuor additamenta con/ iunctiōalia habentes duo.vꝫ.ſurſuꝫ tēdētia:⁊ duo deor/ ſum ſunt oēs pectoris ſpōdiles dēpta duodecimo:q̄daꝫ vō ſex.ſ.duodecima ſpōdilis pectoris.ſ.duo ſurſuꝫ tēdē tia:⁊ q̄ttuor deorſum:q̄dā autem octo.ſ.ſicut oēs ſpōdi/ les colli dēpta p̄ma:⁊ ſilr oēs ſpondiles renū.vꝫ.q̄ttuor ſurſuꝫ tendētes:⁊ q̄ttuor deorſum. Juuamētū aūt hoꝝ additamētoꝝ iūcturaliū:auctore Auic.fuit vt colligā/ tia q̄ eſt inter ſpōdiles ordineꝫ ꝯtinuitate iūcturali cuꝫ ꝯcauitatib' extitib' in q̄buſdā ſpondiliū:⁊ cuꝫ bucellis .i.gibboſitatib' q̄ ſunt ſiles capitib' extitib' in q̄buſdā: taliter ꝙ capita ſilia bucellis q̄ ſunt in aliq̄b' eoꝝ pene/ trēt ad additamēta alioꝝ in q̄b' recipiūt capita bucellis ſimilia.i.gibboſitatib'. Ultra aūt additamēta ſpōdiliū ꝯiunctiōalia que diximus:alique ſunt ex ſpondilib' ha/ bētes aliō additamētoꝝ q̄ dr̄ defenſoria. Et ipſa quideꝫ ſunt oſſa ampla vt melius tegāt ſubiacētes ⁊ adiacētes eis p̄tes. Et dura vt ledētia forti' repellāt. Protēſa ſm lōgitudinē ſpōdiliū:quaten' veluti ſepē quādā ꝯſtituāt. Et hoꝝ q̄dē additamētoꝝ quedā vocanꝫ ſpine:q̄ſi ſpi/ nis aſſimilanꝫ:⁊ ſimenia q̄ ſima ⁊ icuruata excepta ſpi na decime ſpōdilis pectoris q̄ recta eſt ꝓpter cām quaꝫ addicemus:q̄liter tñ ſpino multiplr ſumaꝫ oſtēdemus in anothōia ei'. Jn vnaquoqꝫ aūt ſpōdili nō eſt niſi vni ca ſpina:⁊ in p̄ma colli ſpōdili nullo eſt:cui' cām aſſigna bimus:⁊ oēs q̄dē ſpōdiles q̄ ſunt a p̄ᵒ colli ſpondili vſqꝫ ad decimā thoracis excluſiue ſunt inferi' īuerſe ⁊ ꝓtēſe ſm lōgitudinē ſpondiliū:⁊ oēs q̄ ſunt ſub decima thora cis hn̄t ſpinas inuerſas ſupi':⁊ ꝓtēſas ēt ſm lōgitudinē ſpōdiliū:decima vō thoracis ſpōdilis hꝫ ſpinā erectam v̄ſus quā iflectunꝫ oīum alioꝝ ſpōdiliū ſpine ſm figurā ſileꝫ fornici:aut arcui q̄ ad repulſionē forinſecus occur/ (rētiū aptiſſima ē. ADDITIO

Sic enim docebat Gal.iꝫ.de vti.p.ca.14.his ver bis. Spina vō cū aliꝭ q̄ diximus ad ifallaciā ei data eē adhuc ⁊ figurā vniuſcuiuſqꝫ explantationū ſufficienter ꝯcordātē acq̄ſiuit. Inferi' q̄dē eis q̄ ſurſuꝫ ſūt: ſupra vō eis q̄ iferi' ſunt repērib' vt ſimillima eis fiat ſpēs edifi catōib' his quas fornices nomināt:ocm.n.eſt iā multo/ tieno oīum figurarū hanc eſſe vix paſſibiliſſimā.

Quātitatē ꝑterea vni' ⁊ magnitu nō fuerūt create oēs ſpine ſpōdiliū:ſꝫ varianꝫ. Juxꝫ ſpondiliū magnitudines a q̄b' explātanꝫ:⁊ iuxꝫ dignitates mēbroꝝ q̄ in oñri' col/ locanꝫ i directo ip̄aꝝ q̄ ab eis defendūꝫ.a maiorib' igꝫ ſpondilib' maiores ſpine oriūnꝫ ſtāte ꝑitate in aliꝭ:⁊ a ſpōdilib' locotis in directo cordis. ADDITIO

Jta enim docebat Ga.vbi.ſ.his v̄bis. Hn̄ igiꝫ pa rū añ dicebam' ad molē ſpōdiliuꝫ oſpi/ ciētē nāꝫ ⁊ dr̄iaꝫ ſubiacētiū ſm dorſuꝫ organoꝝ īeq̄les opari explātatōes eoꝝ q̄ ſm ſpinā. Maxio tñ aūt oīum ſunt q̄ in directo cordis ad cuſtodiā ei' optimō:q̄dā aūt hoꝝ additamētoꝝ vocanꝫ ole:q̄ ſiles ſūt alis:⁊ ſunt il/ la q̄ poſita ſunt a dextris ⁊ a ſiniſtris ſpōdiliuꝫ ꝑtib'.Et haꝝ alaꝝ q̄daꝫ hn̄t duo capita:ita vt efficianꝫ ſiles vni ole duplici: q̄les ſunt ale ſpōdiliū colli:talis aūt duplici tatis iuuamētū fuit vt ꝑ eas fiat ſupplemtū diminutio/ nis ſimenioꝝ in eiſ.Et in oī q̄dē vā ſpōdili ſunt due ale: vna a dextris ⁊ alia a ſiniſtris: ꝑterqꝫ in p̄ᵒ colli ſpōdili: ⁊ duodecia ſpōdiliū pectoris q̄ carēt alis: ex cā aſſignā/ da.Et q̄uis a laterib' ſit explātatio alaꝝ:fines tñ harū ſunt ꝯuerſi v̄ſus mediū dorſi.ſ.v̄ſus decimā ſpondilē pe ctoris q̄ vere media eſt iter ſpōdiles: nō q̄dē media ſm numerū: ſꝫ ſm lōgitudinē toti' coordinatiōis ſpōdiliū.

Quātitate quoqꝫ varianꝫ ale ſpondiliū: ſicut ēt ſpine: nā ſpondiliū pectoris ole ſunt groſſe. Ale vō ſpondiliuꝫ lumboꝝ ⁊ ſacri oſſis ſubtiles: ale aūt ſpōdiliū colli ſunt groſſe biſurcate. ADDITIO

Sic enim docebat Ga.p̄ᵒ d̄ ſitu alaꝝ. vbi.ſ. his v̄/ bis. Predictaꝝ vō apophiſiū.i.explāta tionū ꝯuerſi ſūt fines:ſicut ⁊ toti' ſpine v̄ſus media dor ſi:ceu vt puto ad hāc regionē oīb' ſpōdilib' habētib' re/ ptioneꝫ ꝓꝑ cām quā antea dixim'. zᵒ de magnitudine eaꝝ cū dicebat: ꝓꝑ q̄d oūt groſſa q̄dē ſunt in eis que ſm thoracē ſpōdilib' q̄ obliq̄.ſubtiles aūt in eis q̄ ſm lūbū ⁊ ſacruꝫ os. Jn eis vō que ſm collū groſſe ⁊ biſurcate.

TEXTVS

Juuamētū p̄ᵐ ⁊ p̄ncipale additamētoꝝ ſpondi liū q̄ dr̄ defenſoria eſt vt ſint:ſicut clipe' defenſoriuꝫ ⁊ repulſoriū aduerſus forinſec' ꝑcutiētia. zᵐ vō vt liga/ mēta hoꝝ additamētoꝝ.ſ.ꝯiūctiōaliū texanꝫ ſuꝑ ea: li gamēta nāqꝫ q̄ ſit colligāt additamēta ꝯiūctiōalia indi gēt aliq̄:cui innitanꝫ ⁊ circa q̄d intexanꝫ ⁊ circūligent.

Ampli' oīa hec additamēta defenſoria tā ale q̄ꝫ ſpine creata fuerūt ad tutelā coꝝ q̄ ꝓfundi' igrediunꝫ q̄ꝫ ipſa in lōgitudine corꝑis:ex neruis venis ⁊ muſculis.

Juuamēta quoqꝫ in q̄bus cōicant oēs ſpōdiliū ole ſūt duo.vꝫ.ꝓhere cuſtodiā ſiue eſſe ꝑmiſſoriuꝫ defenſiuum ſpōdilib' nuche ⁊ mēbris corā eis poſitis,tū ēt eē veluti ſedē muſculis dorſi ⁊ artarꝭ venis ⁊ neruis illic ꝓueniē tib'. Alis aūt in directo coſtarū exitibus: zᵐ ineſt iuua/ mētū ad articulationē.vꝫ.coſtaꝝ:ꝓptū.n.iuuamētū ola rū ſpōdiliū h' regiōis.ſ.in directo coſtaꝝ exitiuꝫ eſt vt in eis creenꝫ ꝯcauitates ſeu vacuitates q̄s igredianꝫ: ⁊ cū q̄bus mirabilr ligenꝫ capita gibboſa coſtaꝝ: auctore Auicē.ad reſpiratiōis.ſ.actū. ADDITIO

Sic eniꝫ docebat Gal.vbi.ſ.his v̄bis. Sic igiꝫ apo. phiſis.i.explantatio que poſteri' vniuſcuiuſqꝫ ſpōdiliū h' ſpinā opaꝫ ꝑmiſſoriū monſtrabaꝫ vtili tatē ꝓhere ita ⁊ ole apophiſes.i. explātatiōes trāſuerſe ſpōdilib' ſunt due:ſil q̄dē ſileꝫ cuſtodiā ꝓhētes laterali bus eoꝝ ꝑtib'.ſil aūt velut ſedes:q̄dā itriſecis dorſi mu ſculis ⁊ extrinſecis ſubmiſſe. Aduerſus.n.oēs hos ſubia cēt cū artarꝭ ⁊ venis ⁊ neruis ad ipſos ⁊ ꝑ ipos allatis. Eſt aūt ⁊ alia zᵃ eoꝝ vtilitas ſpōdilib' thoracis ad coſte rū articulatōeꝫ neceſſoriſſima ad reſpiratiōis actū.

Sūt ꝑterea vt dicebam':ꝑter foramē mediū ꝑ q̄d per/ trāſit nucha in vnaq̄qꝫ ſpōdili duo alia foramia:q̄ ad h' fuerūt creata vt ꝑ ea exeāt nerui orti a nucha:⁊ igrediā/ tur vene.ſ.⁊ artarie q̄ nuche ſunt neccie: ⁊ pāniculus ei'. dr̄iter tñ in magnis ⁊ in ꝑuis ſpōdilib':nā ꝑuis q̄dē ſpō dilib' ſufficiētib' p̄dictis duob' foraminib' ad neruoꝝ egreſſū ⁊ venaꝝ ⁊ artariaꝝ ſubitroitū. Magnis tñ ſpō dilib' nō hec ſolū:ſꝫ ēt ea q̄ nutritiuris cāis.i. nutricatōi miniſtrarēt ꝯueniēter nā īgeniauit: auctore Gal.vbi.ſ. Alia q̄ꝫ foramia ſūt neccia magnis ſpōdilibus famulātia nutricatōi:ꝑter illa q̄ i ꝑuis repta ſūt:in q̄b'.ſ. ſpōdilib' magnis ꝓꝑ ſpiſſitudinē ſube eoꝝ ſunt aliq̄ ꝑua foramia nō penetrātia vſqꝫ ad īteriorē eoꝝ ꝯcauitateꝫ deputata ad nutricatiōeꝫ eaꝝ. vbi notore oꝫ ꝙ magnis ſpōdilib' ſūt oñri' aliq̄ ꝑua foramia ꝓꝑa itroitui venaꝝ ⁊ artariaꝝ vltra foramia ꝑ q̄ fit exit' neruoꝝ: ꝑuis āt ſpōdilib' nō. ſic.n.docebat Ga.iꝫ.de vti.p.ca.9.his v̄bis. Cōſidera ea q̄ ſūt ſꝫ ſingulū ſpōdiliū ſubtilia foramia añ ꝑ q̄ iplātan tur ad eos vaſa q̄b' nutriunꝫ: ꝑuis.n.nihil tale videbis exiſtere ſciēte nā:qm̄ vt' attractōis ex adiacētib' oſſib' vaſis:i ꝑuiorib' q̄dē ſpōdilib' ſincera adhuc pōt ꝑmōe/ re:in magnis vō ꝓ lōgitudine diſtātie exoluiꝫ: ꝓpea igꝫ ꝑuis q̄dē ſpōdilib' p̄dicta duo foramia: ꝑ q̄ int' q̄dē ar

tarie ꝛ vene. eſt vo neruꝰ ſerebiſt: magnis ēt nō hec ſolū: ſꝫ ēt ea q̄ nutritiuis cāis miniſtrarēt ꝯuēiēter nā īgenia uit. ſcdm aūt eādē vt puto rōnē ad vniuerſa magna oſſa puta viuā ꝛ coxā ꝛ brachiū ꝛ tibiā vaſa quedā iplātant ſubtilia: ꝗuis vo nullo taliuꝫ fuit opꝰ. Et ex h̄ vr̄ ſeq oſſa nō hr̄e vtutē inatā tn̄: imo ēt influxaꝫ illis a pn̄cipꝰ: cuiꝰ oppoⁱᵐ: docebat Gali. z. teg. qḋ forte eſt ꝯcedēdū: ſunt tn̄ adeo occulta hec nata vr̄ia oſſa penetrātia: vt pp̄ ſui ꝑui tatē putenſ q̄ſi nulla q̄ ad appētiā ꝛ iudicio habito per ſenſum.

ADDITIO

**Quod ſi** dicaſ. in minorib' ſpōdilibus eſt maior nucha: ꝛ in maiorib' minor. ꝛ ſilr pāniculus eiꝰ q̄ nuchā ꝯtinet ꝓportiōaſ nuche in q̄ritate: que maior ꝛ groſſior exn̄s ꝓpe cerebꝝ ad iſtar trūchi arboris ꝓpe radicē cō tinuo deſcēdēs reddiſ gracilior. iō nō rōnalis ſit iudicā da nā: neqꝫ iuſta maiorib' ſpondilib' pl̄es ꝛ maiores ve nas diſtribuēs q̄ minorib'. ꝓcipue q̄ nō ob aliā cauſaꝫ vene ꝛ artarie ad ſpōdiles penetrātes diſtribui vr̄r: ni ſi nutricatōis ꝛ viuificatiōis coꝝ grā. ℂ Rn̄r ſubītroi tū vēaꝝ ꝛ artariaꝝ i ſpōdiles nō eē ſolū vt ſpōdiles nu triant ꝛ viuificenſ: ꝗnimo ꝛ ad groſſioris ſanguis: queꝫ ipe deferūt adaptaſ: ꝛ ꝓ nutrimēto ipſorūmet ſpōdiliū ꝓ̄ſertiꝫ partiū eaꝝ intrinſecaꝝ appropinquātiū nuche. Et cā eſt q̄ ſpondiles: lꝫ ſint concaue: carēt tamē medul la qua abundant alia oſſa concaua.

ℂ Si aūt Gal. iꝫ. de vtili. p. cap. 9. dicat: q̄ꝫ ꝛ neruoꝝ par vnū ſcđm ſingulū ſpōdilē explātabaſ: manifeſtuꝫ eſt: q̄ꝫ eq̄lis debebat eē coꝝ nūerus eis q̄ artariarū ꝛ venarū: Jd oē audiēdū eſt in ꝑuis ſpōdilib' i q̄bꝰ equaſ nūerus artariaꝝ ꝛ venaꝝ numero neruoꝝ egrediētium ab eis: vel ſaltē audiendū eſt de artarijs ꝛ venis tranſeūtibus per foramina: per que etiā nerui egrediunſ.

ℂ Qḋ aūt paulo īfra Gal. ibidē dicit abſolute: ꝙ vno fo ramine in ſpōdilib' nā vſa eſt ad triū organoꝝ trāſituꝫ: ab īfra q̄dē eē neruum. ab eē vo īfra artariā ꝛ venā per ducēs. Jd etiā omne de ꝑuis ſpōdilib' audiaſ Galieno ibidem ita declarante. Et vſqꝫ huc additio.

ℂ Eſt aūt diuerſa hoꝝ foraminū occupātiū ſpōdiles por tio. nā coꝝ q̄dā ſunt ꝯpleta in vna ſpōdili: auctore Aui. .ſ. in p̄te ſpōdilis eminēti ſiue ſpiſſa. elegit. n. nā ꝑforare ſpōdiles in p̄te earū eminētiori ꝛ ſpiſſiori vt ide minus debilitenſ ꝑ illa foramīa: ſic ſunt foramīa p̄me ſpōdilis colli a q̄bꝫ fit exitꝰ p̄mi paris neruoꝝ nuche: talia nāqꝫ foramīa ſunt ex toto cōpleta in p̄ᵃ ſpōdili nihil occupan tia aut itercipiētia ſupiꝰ ō oſſe capitis: neqꝫ īfra ō zᵃ ſpō dili. Alia vo ſunt q̄ ꝯplenſ cōiter iter duas ſpōdiles: ꝛ lo cus hoꝝ foraminū eſt ꝑtiꝫ in extremitate vniꝰ ſpōdilis: ꝑtiꝫ in extremitate alteriꝰ: ſic ſunt foramīa oīum ſpōdi liū colli: excepta p̄ᵃ: cuiuſqꝫ quoꝝ foramē eſt ad ſilitudi nē circuli: cuiꝰ medietas ē in ſpōdili ſupiori: alia vo me dietas in īferiori. ſpōdiliū aūt hn̄tiū i ſcipīs p̄tē forami nis: q̄dā hn̄t eā in āhab'ſuis ꝑtib' extremis. ſ. ſupiꝰ ꝛ īfe riꝰ. ſic ſunt oēs ſpōdiles colli excepta p̄ᵃ. Alia vo hn̄t eaꝫ in vna p̄te tn̄. ſic p̄ᵃ ſpōdilis colli hn̄s īferiꝰ medietateꝫ foramīs: ꝑ qḋ egrediſ zᵐ par neruoꝝ orientiū a nucha: in cuiꝰ tn̄ extremitate ſupiori nullaꝫ hꝫ talis foraminis p̄tē. Foraminū q̄qꝫ ꝑti exn̄tiū in vna ſpōdili ꝑtiꝫ ī alia: q̄dā hn̄t adeq̄te medietatē ſui in vna ſpōdili: ꝛ aliā me dietatē ī alia. ſic in oīb' ſpōdilib' colli ichoādo a p̄ᵃ infe riꝰ. Alia vo hn̄t maiorē p̄tē ſui in vna ſpōdili: ꝛ minoreꝫ in alia. ſic oēs ſpōdiles pectoris a p̄ᵃ ſupiori vſqꝫ ad deci mā. in his. n. ſpōdilib' pectoris ps circuli gradatim ma ioraſ vſqꝫ ad decimā in ſpōdili ſupiori ꝛ minoraſ in ſpō dili īferiori: donec totū foramē ſiue totꝰ circulus in vna ſpōdili remāeat: ꝛ finis ꝑtitiōis foramīs in duas ſpōdi les eſt in decima ſpōdili pectoris: vndecia vo ſpondilis pectoris eſt p̄ᵃ in q̄ eſt iteger circulus de ſpōdilib' pecto ris. Et alie ſpōdiles ꝯſequenter in deſcēſu circulos hn̄t integros queqꝫ duos dēptis trib' vltimis. ſ. ſpōdilibus alhoſoꝫ ſe hn̄tes i foramib' exitꝰ neruoꝝ: ſic ſpōdiles col li niſi ꝙ ab eaꝝ vltiꝰ egrediſ neruꝰ ipar.

TEXTVS

**Situs** aūt hoꝝ foraminū ſpōdiliū: ꝑ q̄ fit exitus ner uoꝝ nuche fuit a laterib' ſpōdiliū: nō aūt i po ſteriori p̄te ſpōdiliū: q̄ illud qḋ ab eis egrediſ. ſ. neruꝰ: ꝛ illud qḋ igrediſ ꝑ ea. ſ. vene ꝛ artarie: nō eēnt in cuſto dia ꝛ auxilio tutele: imo eēnt expoſita extrinſecus ꝑau tiētib': neqꝫ in p̄te an̄riori ſpōdilis fuerūt poſita illa fo ramia: q̄ corpꝰ hu. ſua nāli grauitate ꝛ motibus ſuis vo lūtarijs ferſ ad an̄riꝰ. debilitarēſ igiſ ꝛ ꝯprimerenſ ner ui in forti icuruatiōe corpis ſi an̄rius exirent: nec poſſet eos ſaluare ab oppſſiōe ſtrictura ligam̄ti fortis quo an teriꝰ alliganſ ſpōdiles: q̄ nō fuit poſſe ſpōdiles an̄riꝰ eē multū ſtricti ligamēti: q̄ nimia ligamēti ſtrictura eas a motu ꝓhiberet: neqꝫ ēt fuit poſſe neruos egredi āteriꝰ ꝛ poſtea redire retro: q̄ corporis declinatio tam ex natu rali grauitate q̄ ex motib' volūtarijs eēt ſup exitꝰ ner uoꝝ ipſis neruis ꝯpreſſionē ꝛ nocumētū inferens.

ℂ Nō tn̄ fuerūt hec foramīa directe poſita a laterib': q̄ ale ſpōdiliū occupāt latera illa: ſꝫ imediate pꝰ alas collo canſ. ſ. in laterib' medietatis an̄rioris ipſoꝝ ſpōdiliū. il linc. n. fit neruoꝝ facilis ꝛ tuta egreſſio ad an̄riora dire ctoꝝ. vene vo ſubintrāt ꝛ ſub cuſtodia alaꝝ: ꝛ ſpondiles coaduīte a radicib' alaꝝ ꝑ illa foramīa minime debili tanſ: neqꝫ īpediſ debita actio ſpōdiliū aut dorſi. Et fora minū ſpōdiliū maior ſūma in h̄ ſitu ita diſpōiſ. Jn pau cis tn̄ alibi ſituata ꝯpiunſ. ſic in p̄ᵃ ꝛ zᵃ ſpondiliū colli: ꝛ in ſpōdilib' oſſiū alhauius. ſ. ſub lūbis: ꝛ hoꝝ cām addu cemus in his que deinceps.

TEXTVS

❡ Inuētio autez muſculoꝝ q̄tuor modo dictoꝝ ad mot⁹ medie partis dorſi eſt ſufficiēs: cui nō applicat᷑ aliqs illorum icuruantiū muſculoꝝ. ſ. parti que eſt a qnta ſpondili pectoris: vbi terminat᷑ ꝑmū eoꝝ par vſqꝫ ad decimaꝫ pectoris vnde icipit par 2^m hoꝝ: eo ꝙ in curuatiōe dorſi ad anteriora: ⁊ iclinatiōe ipſi⁹ ad dextrā ⁊ ad ſiniſtraꝫ mediū dorſi ſeq̄tur motiones extremitatum.

**Juuamentū** cōmune omniuꝫ muſculoꝝ dorſi: aſſignabat Auic. q̄ꝛ oēs mot⁹ dorſi ꝓcedūt ab his muſculis: ita ꝙ ꝓ alijs motib⁹. ſ. ꝓ flexionib⁹ ad latera: ⁊ cōtorſiōib⁹: ⁊ erectiōe ſpine dorſi nō fuit opus alijs muſculis. Unde aūt fiāt motus ſex mēdoſaꝝ ſpondiliū iferioꝝ: cum eis nulla ſit muſculoꝝ dorſi continuatio non eſt q̄rendus: eo ꝙ poti⁹ gratia ſuſtentandi ⁊ defendēdi qḋ itra ⁊ ante ſe habent ſunt a natura deputati q̄ꝫ gratia alicui⁹ motus voluntarij. TEXTVS

❡ Anathomia ſpōdiliū dorſi: q̄ grece dicunt᷑ ſpondili.

**Pars oſſoſa** regionis dorſi ꝓꝑe ſumpti ſunt eius ſpōdiles: q̄s Auicēna noīabat ſpōdiles pectoris: ſiue thoracis: q̄ꝛ. ſ. poſteri⁹ directe reſpōdēt pectori: aut thoraci. Gal. ṽo. iz. de vtili. par. cap. 10. appellabat eos ſpondiles ſꝫ metaphrenū: qḋ ⁊ ſcapula dr̄. ⁊ eſt pars illa dorſi que eſt ab īfima parte colli vſqꝫ ad partē ſupremā renū aut lumboꝝ a meta qḋ eſt trans: ⁊ frenos qḋ eſt dyaphrag⁹ q̄ſi ꝑs poſita vltra ſiue ſupra ipꝫ dyaphrag⁹.

❡ Et hoꝝ qdem ſpondiliū ꝯpoſitio eſt ſm̄ maiorē ſpiſſitudinē. i. groſſitiē ⁊ ſtrictiorē ꝯcauitatē ſpondilib⁹ colli: auctore Dalyabb. ⁊ ipſoꝝ quidē ſpiſſitudo vtilis eſt magnitudini: ⁊ vt arctet᷑ eius vacuitas itrinſeca: quoniam nuche pars que circūtenetur his ſpōdilibus ſubtilior eſt ea parte que colli ſpōdilibus icluditur.

**Quantitate** itaqꝫ maiores ſunt ſuperiorib⁹ ſpondilibus: habētes tamē concauitatē minorem illis. Et magnitudo qdem quātitatis eoꝝ fuit neceſſaria: auctore Dalyabb. duplici ex cauſa: vna quoniaꝫ coſte ſuper illas edificate ſunt: ⁊ illis colligate: ac ꝑ eas. 2^a quoniā viſcera ſuper eas poſita ſunt.

**Figura** quoqꝫ foraminum ſpondiliuꝫ pectoris diuerſa eſt ab alijs: ⁊ inter ſe. Omnes enim ſpondiles pectoris a prima ſuperiori vſqꝫ ad decimā habent maiorem partem ſui foraminis. ideſt partē circuli in ſpondili ſuperiori: et minoratur in ſpondili inferiori. Gradatim eni maioratur pars circuli vſqꝫ ad decimaꝫ: donec totum foramē ſiue totus circulus in vna ſpondili permaneat: ⁊ finis partitionis foraminis in duas ſpōdiles eſt in decima ſpōdili pectoris. xi^a ṽo ſpōdilis eiuſdez pectoris eſt ꝑ^a in q̄ eſt iteger circulus de ſpōdilib⁹ pectoris. ⁊ alie ſpōdiles ꝯſter in deſcēſu circulos hñt itegros queqꝫ duos dēptis tribus vltimis. ſ. ſpōdilibus alboſos ⁊ oīno foramina ſpondiliū pectoris: per que egrediūtur nerui poſita cōia iter duas ſpōdiles nō fuerūt equalr̄ diuiſa: ſicut in ſpōdilib⁹ colli: ita ꝙ vna medietas foraminis eēt in vna ſpōdili: ⁊ altera medietas in altera ſpondili: ⁊ cām hui⁹ dicebat Auic. eē: q̄ꝛ ſpondiles pectoris ſunt

maiores ſpōdilib⁹ colli. ⁊ ideo tolerare potuerūt maiorē portionē foraminis: q̄ ſit foraminis medietas. Ita enim gradatim ordinata ſunt hec foramina: ꝙ portio foraminis exiſtētis īter duas ſpōdiles ꝯtinue maior facta eſt in ſpōdili ſupiori: ⁊ in eis que ſunt īferi⁹ portio foraminis in ſpōdili īferiori cōtinuo minorata eſt donec totū foramen in vna ſpōdili cōpletum inueniat̄. Fit autē hꝫ paulatinū augmentū portionis foraminis in ſpōdili ſupiori: ⁊ diminutio in īferiori eſt in 10ª ſpōdiliū pectoris: Ita ꝙ foramen eſt fere totū in ea: ⁊ poſt eā non eſt cōmune pluribus ſpōdilibus: ſed eſt totū in vna.

¶ Corpora āt ſpōdiliū pectoris remanētiū poſt 10am .ſ. 11e ⁊ 12e. ⁊ corpora ſpondiliuꝫ alchatim: de qbus paulo poſt .ſ. loci q eſt in directo renū vtrꝗ tolerare potuerūt complementū foraminis in eis. in ſpōdilibus eni renū: ſicut oſtēdemus fuit creatū foramē vnū a dextris ⁊ aliud a ſiniſtris ꝓpter egreſſionē neruoꝝ. Sunt nāꝗ ſpōdiles ſatis corpulēte ⁊ plurib⁹ additamētis munite.

**Numero** ſunt he ſpōdiles. 12. quaꝝ vndecim ſunt habentes ſimenia ⁊ alas. vna aūt .ſ. duodecima non habet alas.

¶ Numero aūt ſeptē ſunt facta additamēta ſiue explātationes vniuſcuiuſꝗ ſpōdilium pectoris: auctore Galo. 13. de vtil. par. cap. 2. ſ. ſimeniū vnū: ſiue vna ſpina: due ale: duo additamēta ꝯiunctionalia ſurſum aſpicientia: ⁊ duo deorſum: dēpta duodecima: cui⁹ additamēta cōiunctionalia ſunt ſex: duo. vꝫ. ſurſum tēdentia: ⁊ q̄tuor deorſuꝫ: ⁊ nimirum. i. certe nō ſimilē hn̄tibus oībus ſpeciē: dicebat Ga. nā nouē deſup. i. pmis ex eis eā que eſt ex poſt habuerūt maximā. i. ſpinā: ⁊ trāſuerſas. i. alas groſſiſſimas: ⁊ aſcenſiuas ⁊ deſcēſiuas. i. additamēta cōiunctiōalia ſilr eis q̄ colli breues ſimul ⁊ amplas. ſpine aūt ſpōdiliū pectoris nō fuerūt create eq̄les iter ſe: que eni ex eis ſunt coram mēbris q̄ ſunt nobiliora. ſ. corde ⁊ partib⁹ eius ſunt maiores ⁊ fortiores: auctore Auic. quales ſunt ſpine aut ſimenia ſeptē ſuperioꝝ ſpondiliū pectoris: ⁊ oino ſpine ſeptē ſuperioꝝ ſpondiliuꝫ pectoris ſunt magne: ⁊ ale duriores alis aliaꝝ ſpondiliū ꝓpter hoc ꝙ coſte articulant̄ cū eis: ⁊ groſſe vt fortiſſime tueātur cor exn̄s in directo earum. ⁊ qm̄ corpora dictaꝝ ſpondiliū diminuta fuerūt in hoc .ſ. ꝙ coꝝ magna pars conuerſa eſt in ſpinas ⁊ alas facte ſunt ipſaꝝ explātatiōes ⁊ additamēta cōiunctiōalis curta ⁊ lata: vt coꝝ robore ⁊ virtute vnita redderentur fortiores ipſe ſpōdiles. Additamēta pterea ꝯiūctiōalia ſurſum tēdētia ſpōdiliū exn̄tiū ſupra decimā ſpōdilē pectoris ſunt illa in qb⁹ ē ꝯcauitas receptiua gibboſitatis ſiue bucelle. Additamēta aūt iſtaꝝ ſpōdiliū deorſuꝫ tendentia ſunt i³ ex qbus egrediūtur bucelle ſiue gibboſitates ſubingrediētes concauitates aliaꝝ: Iuxta doctrinaꝫ Auic.⁴ lꝫ Gal's alr̄ docuerit: ſicut paulo poſt dicem⁹. ſpine quoꝗ exiſtētes ſupra decimā pectoris ſpondilē iclinantur ad iferiora ſꝫ lōgitudinē ſpine dorſi. bucelle vō ſpondiliū exiſtentiū ſub decima ſpondiliuꝫ pectoris ſunt ad ſuperiora. i. in additamētis cōiunctionalib⁹ deorſuꝫ aſpicientibus. Et ſimenia ſiue ſpine iſtaꝝ ſpōdiliū ſub decima exiſtentiū deflectuntur verſus ſuperiora: quoꝝ oiuꝫ .ſ. concauitatū ⁊ gibboſitatū ⁊ ſitus ſimenioꝝ iuuamentum oſtēdemus paulo poſt. Et vide Gal. ⁊ Auicē. nō conuenire in ſitu foueaꝝ ⁊ bucellaꝝ exiſtentiuꝫ in extremitatibus ſpondiliū. Natura eni ydoneas operās articulationes in ſpōdilib⁹ ſuperiacentiū medio. i. ſupra decimā ſpondilez explātationes aſcenſiuas gibbas: deſcenſiuas vō parum cōcauas creauit: auctore Galo. 13. de vtili. par. cap. 2. E cōuerſo aūt ſubiacentiū. ꝯcauas qdē aſcēſiuas: deſcenſiuas vō gibbas. Reliqs nāꝗ oībus alijs ſpondilibus. ſ. a decima quecūꝗ in inferiorib⁹ huius partibus ſunt. cōcaue quidē aſcēſiue explantationes. gibbe vō deſcenſiue exiſtunt. quid autem de hoc ſenſerit Auicenna paulo ante innotuit.

¶ Anathomia decime ſpondilium pectoris.

**Plura** appropriantur huic ſpōdili decime: Tum ꝙ ſola omniū habꝫ ſpinam erectā: Tum qꝛ ipſa eſt termin⁹ foraminum cōmuniū pluribus ſpondilibus: Tuꝫ qꝛ ſola habꝫ vtrinꝗ foueas: ſub. vꝫ. ⁊ ſupra ſuſceptiuas gibboſitatū: Tū etiā qꝛ ſola eſt paulo maior ſpondili que eſt ſub ea: Tum etiā qꝛ ipſa eſt media ſpōdiliuꝫ omniū nō ſm̄ numeꝝ: ſed ſm̄ longitudinē totius dorſi. diximus eni de ea in antehabitis ꝙ ipſa eſt media oiuꝫ ſpondiliū: non qdem ſm̄ numeꝝ: ſed ſm̄ longitudinē: ſicut recte docebat Gal. 13. de vti. par. Natura. vꝫ. diuidēte totum dorſum. i. totā ſpinā dorſi ad partes eq̄les molem ſpondiliū: ⁊ nō numeꝝ eligēs. eſt enim media: nō qdem numero: ſed dimēſione longitudinis dorſi. i. ſm̄ lōgitudinem coordinationis ſpōdiliū. multo enim plures quo ad numeꝝ ſunt ſpondiles que ſunt deſup eā: ſed tanto maiores exiſtūt que ſunt iferius ſm̄ molez quāto deficiunt a multitudine: ⁊ hꝫ eius quidē additamentuꝫ ſiue ſpinā erectam verſuꝫ quā inflectunt̄ ſpine oium aliaꝝ ſpondiliū ſm̄ figurā ſimilē fornici ſiue arcui: que vt diximus ad repulſionē forinſecus occurrētiū aptiſſima eſt: auctore Galo. 12. de vtil. par. cap. 14. ⁊ habꝫ ſpinā ſuā recte erectā ſupra ipſam ſpondilē: ⁊ nō icuruatā ſuperi⁹: aut iferius. Et additamēta ipſius ꝯiunctionalia: tā aſcendentia q̄ deſcēdentia habēt vtrinꝗ. ſ. ſuperius ⁊ iferius vacuitates corā bucellis ſpondiliū ſibi iunctaruꝫ: in qb⁹ vtrinꝗ recipiūtur ille bucelle ſiue gibboſitates: Sicꝗ opinabat̄ Auic. dictā ſpondilē decimā eſſe vtrinꝗ concauā: Sed aliter putabat Galien⁹ vbi ſupra. affirmās decimā pectoris ſpondilē eſſe vtrinꝗ gibboſam habenteꝫ in parte ſuperiori bucellas itrantes foueas ſpondilis noue. In parte autē inferiori bucellas itrantes concauitates vndecime: cū dicebat. Soli eni huic ſpondili .ſ. decime eſt ꝓcipuū: vt ſm̄ alterutrā articulationē aſcēdat in alterutro approximantiū ſpondiliū. Et paulo poſt iterū ſubdebat: Sed ſolus decimus qui eſt poſt ſcapulā: ſicut dictū eſt alterutrius explātatiōis fines gibbos hn̄s aſcēdit in adiacētibus ad aliquas marginoſas deſinētib⁹.

**Situm** ſpondiliū pectoris docebat Auic. ⁊ colligantiam. illis eni coſte poſterius iunguntur ⁊ cōprehendunt: ſiue continent membra attractiōis aeris .ſ. pulmonē ⁊ cor a parte poſteriori.

¶ Anathomia duodecime ſpondilis pectoris.

**Hec ſpōdilis** duodecima nō habuit alas: ⁊ cauſa eſt: qꝛ neceſſitas magna habēdi alas que ieſt ſpondilibus pectoris ꝓpter coſtas que debebāt illis cōiungi diminuta eſt in iſta ſpondili. ipſi eni duodecime ſpōdili dorſi alligatur coſta duodecima que eſt minima oium: ꝓpterea non idiguit alis: ſed vice alaruꝫ ſufficiunt ei additamēta cōiunctionalia in parte ipſi⁹ iferiori duplicata ⁊ dilatata: habuit etiā additamēta plura q̄ ſupiores ſpōdiles pectoris q̄ habuerūt q̄tuor additamēta: duo. vꝫ. ſurſum tēdētia: ⁊ duo deorſum. ipſa āt duodecima ſpōdilis habuit. 6. additamēta ꝯiūctiōalia: duo. vꝫ. ſurſum tēdentia: ⁊ q̄tuor deorſum. Nō enim defuit firmitas huic ſpondili. igenioſe eni alio modo q̄ per alas firmitas eſt illi preparata: ſecundū quē moduꝫ firmitas ipſius cum alio iuuamento cōiungitur: ⁊ huius firmitatis cum iuuamento declaratio eſt talis qꝺ ſpondiles loci poſterioris qui eſt in directo renum qui dicitur alchatim indiguerunt nimia. ideſt pluriumuꝫ ampla

magnitudine: ⁊ multa firmitate: quoniam habet ſuſten/
tare non ſolum onus grauedinis quantū ponderat 12ᵐᵉ
ſpōdilis pectoris: magis ꝗ̄ ſpōdiles alie pectoris: imo ēt
pōdus partiū q̄bus ſubſunt: ⁊ etiā tēpore motus pōdus
partiū: q̄bus ſupſunt ferūt: dicēte Auic. alchatim vͦ cuꝫ
alabauius eſt ſicut baſis totiꝰ dorſi. ⁊ ipſe q̄dē ſuſtinēt ⁊
deferūt os femoris. ⁊ ſunt a q̄bus nerui pedis oriūtur: ⁊
ꝓpterea duplicata ſunt eis additamēta cōiunctionalia
vtrinq̄ʒ: ⁊ cū toto hoc nā corroborauit eas ſimenꝗs .i. ſpi/
nis ⁊ alis cū illis additamētis ꝯiunctiōalibꝰ ſub ⁊ ſupra
duplicatis: Tum q̄ꝛ ſunt veluti baſis totiꝰ corporis ad ſi
xionē magis ordinate ꝗ̄ ad motū: Tum etiā q̄ꝛ quelibꝫ
eaꝝ hꝫ in ſe īegrū foramē exitus ſuoꝝ neruoꝝ. Et ideo
opus fuit vt in eaꝝ iuncturis eſſent plures gibboſitates
⁊ plures cōcauitates ſuſcipiētes eas ꝗ̄ in alꝗs ſpōdilibꝰ
ſup ipſas exiſtētibꝰ: ⁊ ꝓpter hāc cām additamēta iūctu/
rarum ſuaꝝ fuerūt duplicata: ita ꝙ habuerūt q̄tuoꝛ ad/
ditamēta iuncturalia aſcēdentia. ⁊ q̄tuoꝛ deſcēſiua: aut
deſcēdētia. Cum tñ vndecim p̄me ſpōdiles pectoris nō
habeāt niſi duo tēdētia ſurſum: ⁊ duo deorſum. Neceſſe
ergo fuit duodecimā ſpōdilē pectoris que eſt media in/
ter ſpōdiles hñtes ſolū q̄tuoꝛ additamēta iuncturalia ⁊
ſpōdiles q̄ hñt octo .ſ. ſpondiles renū īferiores. ꝯmunica
re in aliquo cū ſuperiorib⁹: ⁊ in aliq̄ cū īferiorib⁹ ſpondi/
libus. Cōicatio aūt eiꝰ cū eis eſt in hͦ ꝙ in parte ſuperio/
ri duodecima ſpōdilis nō hꝫ niſi duo additamēta ꝯiun/
ctionalia: ⁊ cuꝫ īferiorib⁹ in hoc ꝙ in īferiori eiꝰ parte hꝫ
q̄tuoꝛ ex dictis additamētis: ⁊ ꝓpter hoc ꝙ ipſa habuit
q̄tuoꝛ hec additamēta in parte īferiori p̄mo ſublata fuit
ei neceſſitas creādi alas in ea. 2ᵒ ex duplatiōe additamē
toꝝ cōiunctionaliū in pꝫte īferioris eiꝰ ipſa 12ᵃ ſpōdilis ī/
feriꝰ fuit ampliſſime dilatata: ita ꝙ illō qͦ ex ea fuit am
pliatū ſiue dilatatū īferius fere eſt equalēs vl' ſilē ale.

**Iuuamentū** itaq̄ʒ duplatiōis additamētorū in parte īferiori huiꝰ ſpōdilis 12ᵉ eſt
duplex firmitas. vꝫ. iūcture: ⁊ ſupplementū alarūꝫ defi/
cientiū ei per hanc firmitatē. Spōdiles autē exiſtentes
ſup 12ᵃᵐ nō idiguerunt tāta firmitate: ſicut ille .ſ. que ſūt
ſub ea: ꝓpterea nō eſt in illis facta multiplicatio addita
mentoꝝ ꝯiunctionaliū: ſicut in īferiorib⁹ ſpōdilib⁹: imo
ſpine ⁊ ale ſupioꝝ ſunt magnificate: ⁊ iō corpus eaꝝ fuit
occupatum a ſimenꝗs ⁊ alis.

**Colligantia** duodecime ſpōdilis ē cū extremi/ tate dyaphragmatis poſterius: dice (bat Auicenna.

**Situ** vͦ ⁊ colligātia dorſum eſt certiſſime media pꝫ
totius tergi deſuper vſq̄ʒ ad glutum: auctore Galo in li/
bro introductorio medicorum.

**Iuuamentū** dorſi ſumiꝭ ex vtilitate ſuaꝝ ſpon/ diliū. ſicut enī apophiſes .i. explan/
tatiōes: que poſterius vniuſq̄ʒ ſpondilium. que ſpinaꝫ
operatur premiſſoꝝ monſtrabaꝭ vtilitateꝫ p̄bere: ita ⁊
alie apophiſes trāſuerſe ſpondilibus ſunt due vtilitates
ſimul q̄dē ſimilē cuſtodiā p̄bentes lateralib⁹ eoꝝ parti/
bus. ſimul āt veluti ſedes quedā itrinſecis dorſi muſcu/
lis ⁊ extrinſecis ſubmiſſe ſunt. Aduerſus enī omnes has
ſubiacere cuꝫ venis ⁊ arterꝗs ⁊ neruis ad ipſas ⁊ ꝑ ipſas
allatis. Eſt autē ⁊ alia tertia vtilitas ſpondilibus thora/
cis ꝓpria ad coſtaꝝ articulationē neceſſariſſimā ad re/
ſpiratiōis actū: auctore Gal. 12. de vti. ꝑ. ADDITIO

**Paſſiones** dorſi ⁊ ſuoꝝ ſpōdiliū q̄les contingāt eē eſt ſatis ꝯſpicabile ex his q̄ addu/
ximus in anathomia ſpōdiliū colli. diſlocationē tñ ſpon
dilium dorſi ſequitur anhelitus paruitas ⁊ frequentia:
nam nocitis neruis īpeditur pulmo in ſuo motu: ⁊ tādeꝫ
ſequitur mors. TEXTVS

❡ Anathomia partis poſterioris inferius īmediate poſt
dorſum directe poſite.

**HAnc regionē** lūbalē ſiue renalē vo cāt: ⁊ ipſa q̄dē eſt locꝰ
in quo cingiꝭ: dicebat Gal's in lib. īroductorio medicoꝝ. Glutū enī diſtinguit metaphre/
non .i. partē poſteriorē poſitaꝫ ſupra vel vltra
dyaphragma ⁊ lūbos: qͦ acruos vocabat Homerꝰ. exin/
de vͦ eſt lūbus: qui ⁊ oxia nuncupaꝭ: ſub quo ſunt renes.
Auic. vͦ hāc regionē catim vel alcatim noīabat: qͦ ara/
bice idē ſonat qͦ latine locū ſiue partē: aut regionē dor/

**Subſtantia** (ſi in directo renū. q̄dem huiꝰ partis ſiue ꝯpoſitio ꝯple
xio: numerꝰ partiū ⁊ figura haberi poſſunt ex his que di/
cta ſunt: lꝫ in ꝯplōne hec regio ſm plurimū eius diſpona
tur cōplexione renū ſuppoſitoꝝ illi.

**Situs** aūt ⁊ colligātia ex dictis Gal. ⁊ Auic. Sꝫ par tes eiꝰ muſculoſe ⁊ oſſoſe ⁊ carnoſe ſolū in p̄/
ſenti fiet oſtēſio. TEXTVS

❡ Anathomia muſculorum regionis renalis.

**HI muſculi** renales dicunꝭ: eo ꝙ iux ta renes īcedūt: ⁊ eoꝝ eſt
vnū par: ⁊ ambo a decima ⁊ vndecima ſpon/
diliū pectoris īcipiunt: ⁊ ad īferiora deſcen/
dūt: ⁊ ſunt de numero muſculoꝝ dorſuꝫ an/
terius curuantiuꝫ: quos noīauimus in ana/
thomia muſculorum dorſi. TEXTVS

❡ Anathomia ſpōdiliū que cōiuncte ſunt renib⁹ ⁊ lūbis.

**HAs ſpondiles** nominabat Halyab. ſpōdiles renū. Auic.
vͦ ſpondiles alchatim. Gal. vͦ. 12. de vtili. par.

**Subſtātia.** (ſpōdiles ſm lūbū. he autēꝫ ſpōdiles ſunt ſatis
corpulēte. q̄cūq̄ʒ enī ſpondiliū īferiꝰ deſcēdit ſpiſſior eſt.
ſpatio arctiore ꝯcauo: q̄ātitate maiore: arctior q̄dē conca/
uo: q̄ꝛ nucha in eo eſt ſubtilior. q̄ātitate vero maior: q̄ꝛ
ea que ſuppoſita ſunt illi neceſſe hꝫ ferre ſpōdiles ⁊ alia.
In tantū vt vltimꝰ renuꝫ ſpondilis arctior ⁊ ſtrictior ſit:
⁊ nucha in eo ſubtilior etiā eſt oībus q̄ātitate ꝑlatus: au/
ctore Halyab. ſūt enī ſpōdiles iſte valde groſſe ⁊ magne:
cū ſint fundamētū ⁊ ſuſtētamentū omniū aliaꝝ ſuperio/
rum: ⁊ ſunt habētes cōcauitatē ītrinſecā minorē: ⁊ he cū
ſuperiorib⁹ ſpōdilib⁹ ſunt vere ⁊ ꝓprie ſpōdiles: in vna/
quaq̄ʒ p̄terea ſpondiliū renū foramē eſt ꝑfectū.

**Figura** eaꝝ eſt curua: ſicut ⁊ ſunt oſſa caude. eo ꝙ in ipſis eſt ſedes ⁊ colligatio tā īferiorū ꝗ̄
ſuperioꝝ. ⁊ ſic apparet eaꝝ ſubā: figura ⁊ q̄ātitas.

**Numero** ſunt quinq̄ʒ ſpōdiles alchatim: dicebat Auic. os nāq̄ʒ renū ꝯpoſituꝫ eſt ex q̄nq̄ʒ
ſpōdilibus: auctore Halyabbate.

❡ In numero tñ partiū haꝝ ſpōdiliū ⁊ additamētorum
ſuoꝝ diſſonāt Auic. ⁊ Gal. Auicē. enī. xi. aſſignabat addi
tamēta ſpondiliū lūboꝝ. vꝫ. vnā ſpinam vel ſimenium.
duas alas: q̄tuoꝛ additamēta ꝯiunctiōalia ſurſum aſcē/
dentia. ⁊ q̄tuoꝛ deorſum. Gal. vͦ vbi ſupra. cap. 2. ſolū no
uem. his verbis. ADDITIO

**Sed ſiquid** p̄us dictis tribus explātatiōibus .ſ. maxime oīum que ſpinaꝫ operaꝭ. ⁊
duab⁹ trāſuerſis addideris aſcēſiuas q̄dē duas: deſcēſi/
uas vͦ q̄tuoꝛ: nouē vtriq̄ʒ erunt oēs: itaq̄ʒ ⁊ apparēt tot ⁊
tales in eis que ſm lumbū exiſtētiū: vel exiſtere ſpondi
lib⁹. In 12. quoq̄ʒ eiuſdē lib. cap. finali dicebat Gal. que/
rens propter quid nouē vniuerſe ſm ſpondiles lūbi ſūt
apophiſes .i. explātatiōes: q̄ꝛ tamē additamēta ꝯiūctio/
nalia inferiora hoꝝ ſpondiliū lūboꝝ ſunt magis dilata/
ta ⁊ euidentius duplicata ꝗ̄ additamēta ſuperiora ſicut

ſtatim oſtẽdemus de mẽte Auicẽ. Ideo ꝓpter hoc fortemotus fuit Galie. vt diceret additamẽta ſupioꝛa ꝯiũ ctiõalia eẽ tñ duo. īferioꝛa vo 4ᵒʳ. Huc vſqȝ additio.

Habent aũt ſpondiles alchatim ſuper ſe ſpinas ⁊ alas latas. ratiõabiliter. n. poſt ſpondiles que ſunt ſm thoracem poſterioꝛes apophiſes. i. ſpine ⁊ ſimenia maxie his que ſm lumbũ create ſunt: dicebat Galie. vbi īmediate ſupra: ⁊ reddens cãm dicebat. In ptibus itaqȝ que ſunt ſm lumbũ moles ſpondiliũ ex digna ratione ⁊ concaua vena ab intra ſuperiacet ⁊ magna artaria. q̃ſi dicat. Jõ qꝛ ſub cuſtodia earuȝ ſunt poſite artaria magna ⁊ vena ꝯcaua deſcendẽtes: ⁊. iȝ. de vtili. par. iterũ dicebat Gal. in lumbi. n. ſpondilibus apophiſim eſt videre magnã: ⁊ ſimilr in vltimis duab' thoꝛacis in cuſtodia neruoꝝ ab illis ꝓdeuntiũ. in reliqs vo ſpõdilibus thoꝛacis. hꝰ vtilitatẽ neruis laterales dant apophiſes qbus ſuperaſcendunt ⁊ articulant̃ oſſa coſtaꝝ. Ale tñ ſpondiliũ lumboꝝ ⁊ ſacri oſſis qd̃ nominabimus nõ fuerũt create foꝛtes. ſicut ale ſpondiliũ pectoꝛis ⁊ colli: qꝛ ſub cuſtodia earum ab añ nõ fuerunt niſi vena ⁊ artaria magne deſcẽdẽtes ⁊ magni muſculi. ſic enim docebat Galienus. vbi ſupra (querens. ADDITIO

**Propter** qd̃ aũt groſſe quidẽ ſunt in eis que ſm thoꝛacẽ ſpondilib' que oblique. ſubtiles aũt in eis que ſm lumbũ ⁊ ſacrũ os. in eis vo que ſm collũ groſſe ⁊ bifurcate. Et rñdet qꝫ nõ ſolum ſm thoꝛacales coſtas articulatis eis: ſed etiã per totũ ſuperiacẽtibus rationabile fuit firmas ⁊ foꝛtes ipſas fieri. eis vo que ſunt ſm lumbum ⁊ ſacrũ os cum vaſa ⁊ muſculi deſcendant ſolũ: nõ erat opus foꝛtitudine. Huc vſqȝ additio.

Additamẽta tamẽ. ſ. coniunctionalia inferioꝛa. harũ ſpondiliũ dilatant̃. i. in ꝯiunctiõe inferioꝛi dilatant̃ val de: auctoꝛe Alberto. ⁊ ſimilant̃ alis defendentibus: dicebat Auicenna. TEXTVS

**Iuuat** hec regio lumbalis vel lumbaris que dicit̃ alchatim cũ albauius. i. iſte due partes dorſi ſimul iuncte tria pſtãt iuuamẽta: auctoꝛe Auicẽ. tum quia ſunt baſis toti' doꝛſi ſuſtinẽtes doꝛſuȝ ⁊ alia q̃ ſup id fabricant̃. tũ etiã qꝛ deferũt ⁊ ſuſtinẽt os femoꝛis qd̃ oſtẽdemus eſſe duplex. vnuȝ. vȝ. a dextris ⁊ aliud a ſiniſtris. Et ipm quidẽ eſt os in quo eſt cõcauitas dicta ſcia que recipit bucellã ſiue gibboſitatem oſſis coxe que nominat̃ vertebꝛ. tuȝ etiã qꝛ ab eis. ſ. ſpondilibus renũ. i. a nucha exiſtẽte in eis. ſ. duab' vltimis oꝛiunt̃ nerui pedis. ſ. magni. i. tibie incipientis ab oſſe femoꝛis vſqȝ ad plantam pedis. ADDITIO

**Paſſiones** huic regiõi mltifoꝛmes euenire poſſunt: ꝓcipue tñ ſpõdilibus que ſm renes ſunt accidit diſlocatio: quam aliquãdo ſequit̃ nocumẽtuȝ in renibus ⁊ veſica ⁊ doloꝛ in illis mẽbꝛis: ⁊ difficultas vrinandi vel impedimẽtũ in vijs vrine: ⁊ apata illoꝝ locoꝝ febꝛis ⁊ moꝛs. TEXTVS

Anathomia lumboꝛum.

**Ab oſſibus** ⁊ ſpondilibus regionis lumbaris: cui' anathomiam oſtẽdemus in ꝓfunda ⁊ interioꝛi parte eſt caro villoſa in qua locati ſunt renes ex omni parte: ⁊ vocat̃ caro iſta ꝓprie lumbus ſiue a libidine vel lubidine: vel quouis alio mõ ſumat̃ illius interꝑtatio: a quo ⁊ lumbago dicta eſt: q̃ eſt debilitas ⁊ vitiuȝ lumboꝝ: quã patiunt̃ qui ſe erigere nõ poſſunt debilitate lumboꝝ quos dicunt elumbes. Eſt preterea ⁊ alia caro ſuperiacens oſſibus alchatim exterioꝛ que eſt muſculoſa: quã etiã quidã lumbuȝ dicunt. Et eſt pars illa exterioꝛ coꝛreſpondens regioni vbi ſunt renes: de qua dr̃ in euãgelio ſint lũbi veſtri ꝓcincti. TEXTVS



Anathomia regiõis tergoꝛis in q̃ eſt os ſacrũ ſiue latũ qd̃ grece dr̃ hicronoſtim: auctoꝛe Ruffo. ſicut eius ſummitas dicta eſt coccix.

**Hanc partẽ** tergoꝛis Auicen. appellabat regionez albaui'. hec eniȝ nomina hauius. houius. albaui'. alboui': ⁊ albouiſi arabice idẽ ſonãt: qd̃ latine tria oſſa lata imediate ſuppoſita ſpõdilibus renũ. Galie. aũt regionẽ ſecunduȝ os ſacrum: ſiue latum. vocabat eniȝ hec oſſa albauius que oſtẽdemus eſſe tria cũ oſſe caude illis annexo os ſacrũ: ſiue latũ: ſiue amplũ. Lȝ aliter videat̃ ſentire Halyab. de eſſe oſſis lati. diuidebat. n. ipſe os cluniũ in duas partes altera earũ ꝓpꝛie vocat̃ os cluniũ. ſecũda aũt ps oſſauiũ dr̃: de quo in ſequẽti caplo erit ſmo. iz. de vti. par. caplo. 14. ⁊. iȝ. eiuſdẽ. cap. 7. Halyabbas aũt regionẽ oſſani. Oſſa albauius nõ appellabat Auic. ſpõdiles: eo qꝛ nõ ſunt vere ſpõdiles: ſicut alie ſuperioꝛes: ſed ſunt mendoſe ⁊ nõ vere tales: Tũ pmo qꝛ ſunt multũ latioꝛa ſpõdilibus alijs que ſupra ponunt̃ eis: quibus etiã in gradatione augmẽti nõ coꝛreſpondẽt. ſicut ſibiinuicẽ ſm ſub ⁊ ſupra coꝛreſpondẽt alie ſpondiles: Tum etiã qꝛ iũcture oſſiũ ex quibus cõſtruit̃ albouius adeo ſunt ſtricte qꝫ vnũ coꝝ ſine altero nõ põt moueri: in veris aũt ſpondilibus aliter eſt. Lȝ aũt non ſint vere ſpondiles: in numero tñ ſpondiliũ a pluribus aſſignant̃: Tum qꝛ ſunt in ſitu aliaꝝ ſpondiliũ: Tum etiã qꝛ hñt ad intra ſe foramẽ per qd̃ eſt trãſitus nuche: ⁊ foramina exitus neruoꝛum: Tũ etiã qꝛ hñt alas ꝯſimiliter ſpondilibus.

**Numero** autẽ oſſa albauius ſunt tria auctoꝛibus Auicen. ⁊ Halyab. ſpondilibus ꝯſimilia: ⁊ duo latioꝛa ex eis foueas hñt duas: ſed minime ꝓfundas in qbus ipſis anchaꝝ oſſa duo ꝯtinuant̃.

Numerus partiũ ſiue additamẽtoꝝ vniuſcuiuſqȝ oſſiũ albauius ſimilis eſt numero additamentoꝝ ſpõdiliuȝ alchatim: que iuxta ſententiã Auicẽ. ſunt vndeciȝ. ſ. ſpina vna: due ale: quattuoꝛ additamẽta cõiunctionalia inferius: ⁊ q̃ttuoꝛ ſuperius. Lȝ Galie. nõ poſuerit ſuperius: niſi duo additamẽta ꝯiũctionalia: ⁊ ſic nõ eſſent niſi nouẽ iux̃ doctrinã Gal. in q̃libet ꝓdictoꝝ oſſiũ.

**Quantitatem** hui' regionis: docebat Gali. iz. de vtili. par. caplo. 14. his vbis. ſm ſacrũ vo os moles coꝛpoꝛis eſt maioꝛ. hoꝝ tñ oſſiuȝ albauius ſpine ſiue ſimenia non fuerunt creata magna: nulla eniȝ ſubiacet precipua particula ſub ipſoꝝ. ſ. cuſtodia. Ale tamẽ hoꝝ triũ oſſiũ albauius ſunt multuȝ ample: imo magis q̃ȝ aliarũ ſpondiliũ. earũ eniȝ nõ eſt ſola articulatio ſm ſub ⁊ ſupra: ſed etiam a lateribus cũ oſſibus anchanũ: ſicut ſpõdiles pectoꝛis cũ oſſib' coſtaꝝ.

**Situs** coꝝ trium oſſiũ albauius eſt ſine medio ſub ſpondilibus renũ: ſicut oſtẽdimus. Nerui tamen exeuntes a foraminibus iſtoꝛuȝ oſſium nõ exeunt certitudinaliter ſeu adequate a foraminibus locatis in lateribus hoꝝ oſſium ante alas: ſicut fit in alijs ſpondilibus omnibus veris exceptis pma ⁊ ſecũda ſpondiliũ colli. hoc aũt ideo factũ fuit ne compꝛimant̃ a iunctura oſſium anche cũ his tribus oſſibus que iuncture ancharuȝ ab vtroqȝ ſunt latere: ⁊ in medio factuȝ eſt: imo nerui iſti magis elongãtur a lateribus q̃ȝ nerui aliarũ ſpondilium: ⁊ longe magis ſunt miſſi ſeu poſiti ad anterioꝛa ⁊ poſterioꝛa: ⁊ magis diſſeminati poſt coꝝ exitũ ad partes añrioꝛes ⁊ poſterioꝛes coꝛpoꝛis q̃ȝ ad laterales. Nõ eniȝ ꝓhibet̃ exitus hoꝛum neruoꝝ ab his oſſibus albauius anterius fieri. ſicut in alijs ſpondilibus precedẽtibus ea: ne duȝ doꝛſuȝ incuruat̃ ad anterioꝛa: nerui compꝛimant̃: ſed hoc nõ timet̃ in his oſſibus: qꝛ iũcture co-

ruz adeo ſunt ſtricte ꝙ flecti nequeunt:ita vt neruorū qui anterius oriunē fiat compreſſio:cōtinuaē autem os clunium ſpondili vltimo et extremo in renibus:auctore Dalyabbate.

**Colligata** aūt ſunt ſiue ꝯiūcta magis ingenioſe hec oſſa ꝙ̄ omnes alie ſpōdiles: auctore Auicē. ⁊ earuz iūcture ſunt firmiores ꝙ̄ aliarū ſpondiliū. Maius aūt ingeniū coniunctiōis hoꝝ triū oſſiū conſiſtit: Tuz in ingenioſa articulatiōe ipſarū cum alijs: Tuz etiā in fortitudine cōnexione eaꝝ adinuicē quaſi eſſent vnum os. vnde ⁊ nomine vnius oſſis appellabat ea Galie. vbi ſupra nomine oſſis ſacri ampli vel lati noīans tria illa oſſa cū pmo oſſe caude qḋ eis annectiē in parte inferiori. Iuuamentuz autem ⁊ cauſam huius fortis cōnexionis paulo poſt oſtendemus.

**Iuuamentuz** hoꝝ oſſium ſimile eſt iuuamento oſſiū alchatiz:cū quib⁹ cōmunicant tum in deferendo dorſum: Tum in eo ꝙ appendunē oſſibus inferioribus cōſimiliter: Tum qꝛ ſunt inchoatio exitus neruoꝝ tibiarum.

**Paſſiones** euenientes his oſſib⁹ cū ſint plures; diſlocatio tamē ⁊ fractio eis euenire poſſunt:ſicut os alboſos qḋ nominabimus ⁊ earuz in vtriſqꝫ cōſimilis eſt cura.

TEXTVS

Anathomia alboſos.

**Hocos** appellabat Auic.arabice alboſos:ſiue hoſos: ⁊ alboſoſi. Raſis vero albaos:⁊ Moyſes agic: qḋ idem ſonat latine qḋ os caude. Dalyabbas autē cui deficiebat nomē hui⁹ oſſis ꝓpriū. vocabat ipm noīe oſſani cōpoſiti ex ani noīe q in eo eſt:⁊ oſſe vocabulo.

**Subſtantia** cui⁹ eſt ex tribus vltimis ſpondilibus:auctore Auicē.ſ.nō veris.non eniz ſunt omnino partes alboſos extra denominationē ſpōdiliū:quāuis careāt ſpinis ⁊ alis:ſpōdiles tamē ſunt: Tum qꝛ ſunt via nuche:ſicut alie ſpondiles ⁊ tutamen: Tum etiā qꝛ ab eis exeūt nerui:ſicut ab alijs: Tuz etiā qꝛ ſunt partes vel ſaltē termin⁹ dorſi. Eſt preterea earum ſubſtātia cartilaginoſa: auctore Auicen.i. cartilagini ſimilis:dicebat Dalyab.nō.n.tota earū ſubſtātia cartilaginoſa:ſed qꝛ alijs ſpōdilibus ſunt minus dure ⁊ cartilaginibus vndiqꝫ circūindute:due aūt ipſarū vltime ſunt adeo minus alijs dure ⁊ ꝓxime vere cartilagini ꝙ Galienus.iz.⁊.iz.de vtili.parti.eas inter oſſa nō cōnumerabat:vltimā eniz earū Raſis pmo Almanſoris appellabat cartilaginē oſſoſaz. eſt eniz quaſi os cartilaginoſuz: dicebat Auerroys.pmo colliget.

**Numero** ſunt tria oſſa alboſos cōiter:quoꝝ vltimuz ꝓprie diciē cauda ⁊ os aſheth ab Auerroy:lꝫ Albertus narret ſe vidiſſe duo oſſa caude duoꝝ mortuoꝝ:quoꝝ vnū ex quinqꝫ:alterū vero ex q̄tuor oſſib⁹ iuctū fuit eē ꝯſtructū:pua tn̄ erāt ⁊ breuia.

**Quantitate** parua creatū fuit vltimum eorum .ſ. os caude. nucha enim in ea exiſtens eſt modica.

**Figura** eius eſt inferius acuta ⁊ clauſa.

Numero aūt partiū caruerūt additamentaliū: Tū qꝛ nucha cōtenta in eis eſt modica ⁊ dura: Tuz etiā qꝛ ſufficiēter ſunt cuſtodita a cartilaginibus circūpoſitis eis Tum etiā qꝛ nulla particula continetē coram eis que ſit egens cuſtodia additamentorum.

**Situs** eoꝝ ⁊ colligātia infra albouius.ſunt eniz extrema oſſa ſpine: dicebat Dalyab. Firmiter ⁊ ſtricte ad ſeinuicē colligata: eo ꝙ earū motus nullum eſt iuuamentū niſi vt cedant cōquaſſantib⁹:⁊ vt per cartilagines eoꝝ flecti poſſint abſqꝫ fractura. vltimum tamen eorum nulli oſſi inferius colligatur.



Nerui aūt exeuntes a ſpōdilibus oſſanj ſunt numero paria tria ⁊ vnus neruus carēs pari:⁊ quilibet egrediūtur a foraminibus cōmunib⁹ inter eas.ſicut in ſpondilibus colli:ita vt pmū par eius egrediēs foraminib⁹:quorū ſuperior medietas eſt in extremitate vltimi oſſis albauius ex parte inferiori:⁊ inferior medietas in extremitate pmi oſſis caude.ſecūdi vero paris egreſſio eſt ex foraminibus : quoꝝ medietas eſt in pma ſpondili caude: ⁊ altera pars eſt in ſecūda ſpondili eius. tertij vō a foraminibus:quoꝝ medietas eſt in inferiori parte ſecunde ſpōdilis caude:⁊ altera medietas in ſuperiori parte tertie ſpondilis eius : ⁊ ſunt hec foramina facta in laterib⁹ earū:auctore Alberto.Nerui aūt nō habentis par.i. carentis ſocio origo eſt ex foramine exiſtente in inferiori parte illius oſſis caude:qḋ qꝛ acutū eſt ⁊ clauſuz inferi⁹: ſicut terminaē in ea trāſitus nuche:ita etiā ipſamet nucha:⁊ quia ipa eſt parua: ⁊ nucha in ea exiſtens eſt modica.neqꝫ vlli alteri oſſi inferius colligaē nō potuit ſolum ſufficere exitui pluriū neruorum.

**Iuuamentum** alboſos ſiue oſſis cluniū ⁊ paſſiones ex dictis ſunt manifeſta.Et in hoc terminaē anathomia omniū ſpondilium: que lꝫ ſint tantū triginta:per quas eſt tranſitus nuche:⁊ ab vnaquaqꝫ oriaē vnum par neruoꝝ preter ꝙ̄ ab vltima:nerui tamē orti a nucha ſunt triginta ⁊ vnum paria neruoruz habentiū originē ab ea ⁊ vnus neruus ſine ſocio:quomodo aūt hoc ſit in anathomia neruoruz nuche in genere eſt videre.

TEXTVS

Anathōia nuche que grece dicta ē nochos .i. dorſalis.

**De pricipaliſſima** omnium illarum que ſunt ſecundū dorſum particularū quaz nomināt dorſalem medullā:auctore Galie.iz. de vtilitate particula.in pſenti agere oſtēſionē intendimus.Ad cuius anathomiā ptractandā. Scidēdū eſt totū ſubiectū cadauer in poſterioribus ſecundū longitudinem in partes duas a ceruice vſqꝫ ad caudam ſpinaz dorſi ſecādo in partes equales. Et tūc apparebit nucha quā Ariſto.z°. de partibus medullā ſpine dorſi nominabat.alij ſpinalē medullā. Galien⁹ aūt eā aliquādo abſolute vocabat dorſalez. Auerroys aūt.ſcdo colliget: nuchā appellabat filū ſpine:neqꝫ idez audiendū eſt nomine nuche ⁊ nocre. eſt.n. nocra ceruicis ſiue colli partis poſterioris regio media inter ſub ⁊ ſupra: ſicut traditur in ſinonimis Serapionis : neqꝫ ipa eſt vere medulla ad inſtar aliarū oſſiū medullarū ꝓpter cauſas audiēdas in libro z°. caplo vltimo : ſed ſimilitudine quadam quā habet ad medullā alioꝝ oſſiū: ſicut etiā cerebꝝ vocata fuit medulla : ſed proculdubio ipſa nucha vere eſt membꝝ ſpermaticū: cuius generatio cōſimilis eſt generatiōi illoꝝ:nutriturqꝫ ⁊ augeē : ſicut ⁊ alia membra corporis humani.nō quidē ex ſuperfluitate videlꝫ ſanguinis ꝓducta:ſicut alie medulle:ſꝫ ex ſpermate : ſicut etiā cerebruz:cuius ipſaz partē eſſe:dicebat Auicē.pma primi. Galie.aūt.vbi ſupra eam noīabat cerebꝝ ſcdm.

**Subſtantia** quidē eius nō gerit ſimilitudinem ſeui:aut pinguedinis:ſicut alie medulle:cui⁹ cauſaz aſſignabat Ariſto.ibidē:qm̄ cōtinuaz hanc eſſe oportebat.ſ.nuchā porrectāqꝫ per lōgitudinē ſpine totius que ex multis vertebratis orbicularitz oſſibus iungiē.nam ſi ex pinguedine:aut ſeuo eſſet nō eque perpetua eſſe poſſet : ſed vel fragilis : aut humida eſſet, Mollis tn̄ ⁊ groſſa:auctore Rabi cordubē.parū viſcoſior ⁊ ſolidior ſuba cerebri creata fuit . Groſſior tn̄ facta in pte illi⁹ ſuperiori.vbi eſt pncipiū ei⁹ ꝙ̄ in pte iferiori.

**Complexio** nuche ſecundū veritatē ⁊ mentem illuſtriū medicoꝝ eſt frigida ⁊ humida. Frigiditatem aūt eius oſtēdit: tuꝫ frigiditas nervorum qui origineꝫ ducunt ab ea: quoꝝ paulo poſt erit oſtēſio: Tuꝫ etiā infrigidatio eueniēs regioni corporis poſteriori ⁊ dorſali a q̄ incipiūt rigores: Tū etiā q2 diligit adminiſtratio calidoꝝ ſm plurimū in origie nuche .ſ. apud ceruicem. Humiditatē aūt illius oſtēdit qualis eius mollicies. vtrūq3 aūt declarat: tum color illius. eſt eniꝫ membꝝ exāgue ad inſtar cerebri: Tuꝫ etiā Auerroys auctoritas. ſecūdo colliget: in hoc Ariſto. cuius in alijs fuit interpres cōtradicens: dicebat eniꝫ. z. colliget ꝙ natura nuche eſt ō natura cerebri. eſt tamē nucha frigidior cerebro ſaltē quātum ad complexionē influentē ſibi ab epate ⁊ corde: ⁊ quantū ad complexionē innataꝫ actuatā per influentē. eſt eniꝫ cerebri complexio influxa illi adeo vehemēs in calore ꝓpter multitudineꝫ venarū ⁊ artariarū que ſunt diſſeminate per ſubſtantiā cerebri vndequaq3: nec dū circūferentialiter: imo etiā per ſinus eius anfractuoſos vt manifeſte vincat ⁊ obūbret ei⁹ ꝯplonē innatā: ita vt dyaſtolet ⁊ ſiſtolet cerebrum ꝓ euētatiōe tāti caloris: quib⁹ tamē ꝑuaꝫ nucha. Neq3 ꝓpinquitas maior nuche cordi q̄3 cerebrum arguit ipſaꝫ calidiorē cerebro: eo q2 plura ſunt intermedia inter nuchā ⁊ cor ipſaꝫ infrigidātia: ſicut ſpōdiles: pāniculi quibus ipſa veſtiꝫ ⁊ capſula cordis. Eſt quoq3 nucha minus humida cerebro: qḋ teſtanꝫ: tum Galie. auctoritas. z. de complexiōibus dicētis: Et cerebꝝ quidē eſt ſecūduꝫ tactum calidi⁹ ⁊ humidi⁹ nucha: ⁊ ꝓpter hoc eſt ea molli⁹ ⁊ Auic. Tuꝫ etiā durities maior ei⁹ ⁊ ſoliditas ⁊ minor mollities q̄3 ipſius cerebri. Et iam tibi ſignificat quātū cerebꝝ vincit nucha in humiditate quātitas ſupfluitatis mollitiei ipſius. ſ. cerebri ſuper ipſaꝫ: dicebat Galie. ibidē. ⁊ auctoritas. Auic. ꝑ⁹ ꝑmi can. iterpretis Gal.

¶ Ariſto. aūt. z⁹ de partib⁹ animaliū: ponens nuchaꝫ nō de natura cerebri: ſed ipaꝫ habere complexionē calidā: quā complexionē acquiſiuit a corde: vt docebat Auicēna in ſuo libro de animalib⁹ totus ibidē Ariſtotelicus ⁊ peripatheticus. Ideoq3 nuchā ſm Ariſto. eſſe appoſitā cerebro vt illi⁹ frigiditatē cōtemperet. ſolet enim natura ſemper emoliri cōtra cuiuſuis exuberātiā auxiliū per cōiunctionē rei aduerſe vt exceſſum alterius altero ꝯpeſcat ⁊ moderetꝫ. Uel. n. ponaꝫ Ariſt. itelligere de nucha quo ad complexionē inatā tantū ab elemētis ipſaꝫ componētibus ſm quā videꝫ calidior. i. minus frigida cerebro indigēte frigiditate intēſa: Tuꝫ ad cōtemperādum ſpūm vitalē rem calidiſſimā que ſit in corpore noſtro vt cōuertaꝫ in animalē: Tum etiā ne cerebrū duceretur ad vehemēs incendiū aſſiduis operatiōib⁹ virtutuꝫ interioꝝ apprehēſiuarū: ſicut euenit multū ſpeculātibus quib⁹ calet cerebꝝ: ita vt aliquādo ad freneſiꝫ ducanꝫ: Tum etiaꝫ q2 cerebꝝ eſt membꝛuꝫ exangue. Uel dimiſſo Ariſtotele adhercam⁹ in hac veritate medicis illuſtriorib⁹ ꝑcipue Galieno: qui nulli credere volebat: narrāti etiā ſe expertū fuiſſe: ſed ad experientiā ipſemet veniebat. ſic eniꝫ dicebat ipſe. ꝑmo de ſpermate: nō eniꝫ fuit quis comparādus Galiēo in cōcernentib⁹ corp⁹ humanū ⁊ partes eius. Ariſtote. aūt ſūmus in ſpeculabilibus cōcernentib⁹ totā naturā vniuerſaꝫ: nō ita inuenitꝫ inſudaſſe in experiētijs anathomicis. ſicut Galie. fideꝫ plurimū adhibēs narrātib⁹ ſibi eos expertos fuiſſe.

¶ Et nota ꝙ nō eſt ſine admiratiōe ꝙ Ariſto. ⁊ Galien⁹ in re: cuius euidētia poterat haberi ad tactuꝫ: ita diſſonare videanꝫ: eo ꝙ diuiſo animali repēte illi⁹ cerebruꝫ ⁊ nucha tactu poterūt comprehēdi nūquid vnū eoꝝ ſit calidum ⁊ aliud frigidum.

**Figura** nuche rotunda eſt porrecta in longitudinem.

**Quantitate** ⁊ longitudine protendiꝫ vſq3 ad os caude: magnam enim eſſe nucham opus fuit vt ab ea oriri poſſent nervoꝝ paria triginta ⁊ vnū cū vno impari deputata ad motū.

**Color** eius eſt albus.

**Numero** diuiſa eſt nucha in partes duas dextrā. vꝫ. ⁊ ſiniſtrā. eſt. n. ſimilis cerebro in diſpoſitionibus ſuis ad duas diuiſiōeꝫ. ſ. dextrā ⁊ ſiniſtrā: lꝫ ſenſus nō diſcernat eas. ſicut in cerebro dicebat Aui. ſecūda tertij. Et hinc eſt ꝙ in eius ſuperficie apparet filū eam diuidens per mediū in dextrū ⁊ ſiniſtrū. Hec tamē diuiſio vel ſeparatio nō eſt penetrans ſecūdum profundū ſaltē apparenter.

ADDITIO

**Ex hac diuiſiōe** nuche in partes duas redditur cauſa: q̄re opilatio precipue coartatoria pōt accidere vni parti nuche ⁊ non alteri ⁊ inde: accidere etiā poſſe leſionē ſicut paraleſim vni parti corporis: puta dextre ⁊ nō ſiniſtre ⁊ ecōuerſo: imo aliquādo partē dextrā ꝑuari ſenſu ⁊ nō motu. Siniſtrā vero motu ⁊ nō ſenſu: ſicut vidimus ānis parū ante elapſis in Alberto de becchis armigero parmēſi: qui pluribus vulneribus in ſpina dorſi cōfoſſus in bello gallico ad balnea pathauina ſe cōtulit: ex qb⁹ vulnerib⁹ factus etiā fuit ipotēs ad vſuꝫ venereoꝝ. Huc vſq3 additio.

**Situ** ⁊ colligatione caput iungiꝫ nuche poſterius in capitis poſteriori parte: auctore Auerroy. ꝑmo colliget: ⁊ pellicule ei⁹ quas aſſignabimus reſiſtunt nocumēto illi⁹: ⁊ durat nucha vſq3 ad os nominatū aſbeth .i. caude: ⁊ ideo exiſtimaꝫ ꝙ ipſa oriaꝫ a cerebro. Et locus quidē eius eſt in cōcauitate ſpondiliū vt ſit ibi tuta a nocumētis ⁊ ſubintrāt in nuchā per ea loca quibus egrediunꝫ nerui: quos aſſignabimus: artarie ⁊ vene ad faciendū ei id qḋ faciūt omnib⁹ mēbris: dicebat Moyſes cordubē. ⁊ ipſa quidē colligaꝫ omnibus ſpōdilibus olligans illas: ſicut clauus in foraminibus carū infixus di. Auerroys. circūuoluiꝫ ꝓterea nucha eiſdē pelliculis quib⁹ ⁊ cerebrū: ⁊ vna pellicula adheret alteri: auctore Moyſe. ⁊ he ambe pellicule circūdanꝫ ſiphac inuoluto ſuper eis ex parte exteriori quaſi tertia pellicula forti ⁊ dura de genere nerui vt defendat ipſuꝫ fortitudine virtutis ⁊ duritiei ſue. Cuꝫ aūt cōia quedā ſint cerebro ⁊ nuche ſubſtantiā. ſ. corporis ſimilē habere ⁊ nervoruꝫ ꝑncipiis exiſtere: auctore Galie. iz⁹. de vtilitate particu. caplo. 8. Rationabiliter cerebro ⁊ nuche date ſunt due miringe: vna quidē vt liget ſimul vaſa. ſ. artarias ⁊ venas que ſecundū ea. ſ. cerebrū ⁊ nuchā: ⁊ colligat eorum ſubſtantiā totā ſufficiēter mollē exiſtentē. Alia vero vt tegat ⁊ cuſtodiat a circūiacentib⁹ oſſibus: quedā vō ꝓpria alterutri: quoniā quidē pulſabat cerebꝝ groſſa miringa. ſ. dura mater diſtat in tantū. ſ. a ſubtili quantū ſufficit ſuſcipere id cū dyaſtolat. Et q2 non pulſat dorſalis ideo in idē acceſſit cū ſubtili neq3 in modico diſtās. q2 vero rurſus nullus apparibilis exiſtit mot⁹ in oſſib⁹ capitis: In ſpōdilib⁹ vero fortis. ſ. exiſtit motus: ideo in cerebro nullū vltra groſſam miringā aliud circūappoſitū eſt tegmen. in dorſali vero tunica neruoſa: ⁊ fortis. ſ. ſup appoſita eſt qua inoluunꝫ predicte due tunice. vt ſupra. nā duꝫ curuatur ⁊ flectitur aliquādo: aut extēditur dorſum: ꝯſilr ei flexa ⁊ denſa dorſalis ꝓpter vtriq3 ceſſaretꝫ nō circūappoſito ei tali tegmine. Ac inſuper viſcoſus humor. ſ. flegmaticus huic tunice neruoſe. ſ. ſup effuſus eſt: ſicut ei que colligat ſpōdiles vniuerſos ⁊ articulos ⁊ lingue ⁊ laringe: ⁊ vrinatiuo poro ⁊ omnibus quecūq3 mo

ueri frequēter indigentia ſunt.ſ. ſuperefundiť ipſe fleg‑
maticus humor. hoc nāq; eſt vnū de iuuamētis flegma
tis. timor eniʒ erat ſi ſiccarenť ꝑdicta membra indigen
tia moueri ſepe: dolere qͥdē ipſa. corrūpi vo artus.ſ. arti‑
culos.ſ. in eoꝝ operationib⁹. ita eniʒ ⁊ apes currūū ⁊ ro‑
tarū vngūt.ſ. homies aliquo humido ⁊ viſcoſo liquore:
gratia quidē nō patiendi eos.ſ. in motu ꝑ ſiccitatē ⁊ gra
tia ꝓmptitudinis ad motū. ¶ Ampli⁹ nuche creati ſūt
duo exitus per quos quedā illi⁹ ſuperfluitates reſolūū‑
tur.ſ. inſenſibiliter: ⁊ expelluntť.ſ. ſenſibiliter: meat⁹ aūt
per quos fit īſenſibilis expulſio forſan ſunt duo forami
na in oſſibus ſpondiliū que diximus.

# Juuamentum

fili ſpine.ſ. nuche: quā Auicē. vocabat partē cerebri: ⁊ Hali. cerebrum ſecundū eſt de genere iuuamēti cerebri: ⁊ eſt
quaſi clauus ligās ſpondilia: dicebat Auerroys. vbi ſu‑
pra. Et ipſa quidē eſt ꝑncipiū oſſium ⁊ neruoꝝ: ⁊ exoriť
a cerebro: cui famulať: auctore Hal. 2⁹ tegni. ¶ Ampli⁹
nucha eſt nūcius cerebri: in eo ꝙ ipa defert ſpirit⁹ ⁊ vir‑
tutes motiuas ad neruos: ⁊ eſt vicarius cerebri gerēs.ſ.
vices ipſius incurſu dorſi: ſicut dicebat Auicē.ſ. in īceſ‑
ſu eius per ſpondiles dorſi. Eſtq; neceſſaria nucha ad ꝑ‑
manentiā animalis propter neruos qui exoriunť ab ea
incedētes ad partes ad quas īcedūt: ſicut narrabimus.
ſi eniʒ nucha nō eſſet: opus eſſet neruos oēs originē du‑
cere a cerebro. Cuʒ eniʒ nulla ſit corporis particula ma‑
gis generatiōi neruoꝝ apta q̄ȝ cerebꝝ ⁊ nucha: neq; oēs
oriri poſſint a cerebro: Tuʒ quia opotteret caput a prin
cipio eſſe multo maius q̄ȝ ſit nūc: ſicut ⁊ cerebꝝ: ⁊ ſic ſuo
pōdere caput grauitaſſet totū corpus: Tū etiā quia op⁹
fuiſſet eos pertrāſire grāde ⁊ longū ſpatiuʒ ꝑuſq̄ȝ veniſ‑
ſent ad finē extremitatū corporis.ſ. man⁹ aut pedū: ⁊ ita
in lōgitudine vie exponerenť nocumētis occurrētibus
ad hoc vt de leui inciderenť: Tuʒ etiā qꝛ elongatio ner
uoꝝ a ſuo ꝑncipio: ſuppoſito ꝙ oēs orianť a cerebro auf‑
ferret eoꝝ robur: qđ habere debēt ad attrahendū mem
bra grauia.ſ. oſſa ⁊ muſculos verſus ſuam originē: eo ꝙ
cōtinue in ꝓceſſu eoꝝ reddunť graciliores. ſicut palmi
tes arboꝝ in remotiōe eoꝝ a trunco. ſequiť ex his deuʒ
cui⁹ nomē ſit benedictū: miſericorditer ⁊ clemēter egiſ‑
ſe ꝓpiciatus ad ſalutē hominis nuchā que eſt pars cere
bri facientē deſcēdere ad inferiora: ſicut fluuiuʒ ⁊ cana‑
leʒ a fonte: ſicut dicebāt Halie. ⁊ Auicē. vel ſicut trūcuʒ
arboris ex radice: vt ex ea nerui diuiſi egrederenť a duo‑
bus nuche lateribus dextro.ſ. ⁊ ſiniſtro: ⁊ extremo eius
.ſ. parte infima nuche verſus caudaʒ ad latera oppoſita
nuche: dextꝝ.ſ. ⁊ ſiniſtrū: ⁊ ſecundū vicinitatē nuche cū
membris. vnde ⁊ ꝓpter nuchā ſeruandā dorſuʒ exiſtēs
ſemita ⁊ cuſtodia nuche creatū eſt: ſicut in antehabitis
oſtēdimus: qꝛ eniʒ velut ſecundū membrū omnib⁹ infe
rioribus a capite facta eſt dorſalis medulla: ⁊ hāc opor‑
tebat ſilr̄ cerebro duro ⁊ vix paſſibili cuſtodiri circūap‑
poſitorio. Et hoc eſſe quale quoddā alicubi ſituatū: nō‑
ne fuit meli⁹ id qđ eſt velut carina ſubmiſſa corpori ani
malis oino vtiq; ſtrictā exiſtentē ſculpere ⁊ cōcaua ope‑
rari eius interiora: vt via ſimul ⁊ cuſtodia infallax fiat
dorſali.ſ. nuche: dicebat Halie. 12. de vtili. particu. ibidē
cōmemorās cauſas creatiōis nuche his v̄bis. Jncipiaʒ
igiť narrationē a ꝑncipaliſſima oium illarū que ſunt ſe
cundū dorſum particularū quā nominās dorſalē medul
lam. ſi eniʒ oino nō eſſet facta duoꝝ alteruʒ ſequeretur.
Aut eniʒ imobiles oēs que poſt caput particule anima‑
lis omnino eēnt: aut a cerebro oporteret omnino ad ſin
gulas earū ſeorſum deriuari neruuʒ: ſed ſiquidē imobi‑
les omnino facte eēnt. tūc ſicut parū ante dictū eſt non
eſſet adhuc animal: ſʒ velut lapidea vel lutea creatura.

A cerebro verō deferre ad ſingulam particularū neruū
nimiū ferme negligēter eſſet creatoris de infallacia co‑
rum: ne dū eniʒ neruū quē opʒ ſubtilē eſſe rumpi ⁊ quaſ‑
ſari potentē per multā diſtantiā deriuare nō erat tutuʒ:
ſed etiā neq; aliud aliqđ fortiū organoꝝ: quocirca me‑
lius fuit dorſalē velut fluuiū aliqueʒ ex fonte.ſ. cerebro
fluentē ſecundū vnāquāq; regionē per quā trāſit mitte
re neruū velut riuū aliquē ſenſus ⁊ motus: qđ vtiq; ap‑
paret fiens. ſemper eniʒ vnicuiq; vicinantiū particula‑
rum ex adiacēte parte dorſalis neruus explātatus imit
tiť. vnde Dalyabbas dicebat cerebꝝ eſſe ſicut fontem
nucham veluti fluuium: neruos veluti riuulos quibus
aqua.ſ. virtus ſenſus ⁊ motus corporis particulis diſtri‑
buiť. ſi eniʒ ad inferiora membra ꝓcederēt nerui a ce‑
rebro debilis eſſet eoꝝ ſenſus ꝓpter virtutis que ad eā
attingeret paucitateʒ: fieriq; poſſet neruoꝝ pleroſq; in
vna ꝑplexitate amputari motus multitudine: neq; mirā
dum eſt de ſolertia ⁊ diligētia nature in cuſtodiēdo nu‑
cham ꝓpter ſui debilitatē. ADDITIO

# Cuius inūctio

plurimū cōfert paſſionib⁹ cor dis cōſeruando in eo calorē na
turaleʒ ne reprimatť. Eſt nāq; inunctio ſpine dorſi: ⁊ nu‑
che medicamē ſingulare ꝑ quā excelſius ⁊ glorioſius con
fortat virtutē regitiuā totius ꝓprietatis: auctore Cōci‑
liatore in additiōibus Meſue: ⁊ eſt cauſa ꝓtectionis ⁊
lōgitudinis vite humane ⁊ defenſio ſpiritus vitalis. Et
occurrūt ad hec abſq; dilatatiōe ſiue dilatiōe: oleuʒ ca‑
momellinū terbētina partes eoꝝ miſcēdo equales. ſer‑
mones nāq; inunctiōis ſpine: dicebat Cōciliator: credo
antiquos ⁊ peritos phōꝝ traditionē ⁊ memorationeʒ ⁊
laudē tanti beneficij nature occultaſſe cū eius veſtigiū
in eoꝝ tractatib⁹ ſit abſciſum. Et eſt de elegātioꝛib⁹ iu‑
uamētis preſeruās ſubiectū vite. Sic eniʒ aggregabis
multas bonas intētiōes. cōfortabis enim ſubſtantiā de
latiuam ⁊ ſubſtantiā ſpiritualē ⁊ neruos ⁊ oſſa vniuerſa
ſubueniēs paraleſi ⁊ omnibus neruoꝝ egritudinibus.
ſaluti cordis. ⁊ tremori ⁊ laſſitudini ſubuenit māifeſte.
Et eſt medicamē omniuʒ medicamentoꝝ in celeri cor‑
dis confortatione. ADDITIO

# Paſſiones

nuche euenientes ⁊ ſinthomata que eam cōprehendunt ſimilia ſunt his
que cerebro patiēte fiūt: dicebat Halie. Motus. n. ⁊ ſen
ſus nocēť oiuʒ īferioꝝ a patiēte dorſali. TEXTUS

¶ Anathomia neruoꝝ ortoꝝ a nucha in genere.

# Hos neruos

antiqui motiuos vo cabant: non quia non
ſint ſenſitiui: qꝛ omnis neruus etiā motiu⁹.
eſt ſenſitiuus ⁊ nō ecōuerſo: ꝓpter eniʒ ſen
ſum ⁊ motū dare particulis neruos factos
eſſe: dicebat Halie. 9⁰ de vtili. parti. omnis
nāq; neruus eſt ſenſitiuus: auctore eodē. 16. libro de vti‑
litate parti. Et Moyſes corduben. ꝑma particula affo‑
riſmoꝝ. Sed ideo motiui nerui ſic ſunt appellati: quia
nō ſunt tantū ſenſitiui vt pleriq; alioꝝ neruoꝝ qui ſunt
extra muſculorum ſubſtantiā vt gingiuarum: ⁊ cutis: ⁊
(nerui obtici.

# Subſtantia

quidē hoꝝ neruoꝝ nuche: lʒ ſit mol
lis ⁊ viſcoſa ad flectendū ⁊ ad ſeparandū dura: quia nō
facile rumpibilis. Sūt tamē ipſi duriores q̄ȝ nerui qui
imediate oriunť a cerebro: dicebat eni Halie. vbi ſupra.
Exiſtima omnes certitudinaliter neruos molles nulla‑
tenus eſſe motiuos: ad ſenſus vero aptos: duros aūt exi
ſtima ad motus optime cōſtructos eſſe: ad ſenſum vero
ineptos: quoniā his.ſ. duris in agēdo eſt vtilitas: molli‑
bus vero in patiēdo. ꝑncipiuʒ aūt omniū durorum eſſe
dorſalem ⁊ inferiorē fineʒ eius ꝑncipiū eſſe ſumme du‑

rorum: auctor eſt Galie. 9. de vtilitate particularũ: ⁊ ce/
rebrum eſſe ꝑncipiũ molliuꝫ omniũ neruoꝝ: ⁊ medias
partes eius. ſ. anteriores reiacere. i. correſpõdere molliſ
ſimis. Mediocriũ aũt principiũ eſſe id vbi copulantur
⁊ dorſalis. Acquirunt autem duritieꝫ hanc nerui moti/
ui: tum quia ad eoꝝ originẽ tranſeũt ad membra quib⁹
dirigunt̃ poſt circuitiões: dicebat Auicen. i. poſt ſemi/
tas obliquas ⁊ nõ directe: per quas: ſicut incedũt vt elõ
gẽtur paulatim a ſuo ꝑncipio ſic gradatiꝫ ad duritiẽ de/
ducũt̃ que neruis motiuis eſt neceſſaria: tum etiã quia
in duritie eoꝝ iuuant̃ a ſubſtãtia ſue originis. ſicut in/
ceſſus eoꝝ obliquus: cui⁹ ſignũ eſt quia ſubſtãtia a qua
ducũt originẽ nerui motiui: ſiue a cerebro: ſiue a nucha:
qꝛ plurimũ etiã motiui oriunt̃ a cerebro imediate a par
te poſteriori cerebri oriunt̃: ⁊ ſubſtãtia partis illius eſt
ſpiſſa. Subſtãtia quoqꝫ nuche a qua oriuntur nerui du/
ri deputati fortibus motibus: ſicut ſunt nerui brachio/
rum ⁊ tibiarum eſt dura.

**Complexio** horum neruoꝝ eſt frigida: imo fri
gidior ꝙ̃ nuche complexio: ⁊ min⁹
frigida ꝙ̃ complexio pãniculoꝝ ſaltem compoſitoꝝ ex
villis neruorũ ⁊ ligamentoꝝ: neqꝫ tamẽ Galie. ꝑmo de
complexionib⁹ pãniculũ in frigiditate ꝑtulit neruo: ſed
ſolũ in ſiccitate: ſunt tamẽ in veritate nerui motiui mi/
nus frigidi vel calidiores ſenſitiuis ſtante paritate in
aliis: tũ quia ꝓpter motuꝫ qui eſt calefactiuus aliquid
caliditatis dat̃ eis: tum etiã quia magis abundãt ſpiri/
tibus animalibus ꝙ̃ ſenſitiui: demptis neruis obticis:
quoꝛuꝫ ſola eſt cõcauitas in quibus eſt cõtinuus tranſi/
tus ſpirituũ viſibiliũ ad oculuꝫ: mouere eniꝫ eſt agere:
ſentire vero pati: maior aũt copia ſpũum ⁊ virt⁹ fortior
requirit̃ ad motum ꝙ̃ ad ſenſum. Et ſunt nerui motiui
complexiõis ſicce: imo minus ſicci ꝙ̃ ſubſtãtia venaꝝ:
tum ratiõe originis eorum a cerebro vel a nucha: quoꝝ
ſubſtãtia eſt valde humida ⁊ mollis: tũ ratione eius ex
quo nutriunt̃. ſ. humoris groſſi ⁊ viſcoſi: ꝓpter hoc eniꝫ
fit opilatio in neruis faciẽs paraleſim difficilis ſanatio/
nis: dicebat Haly rodoã. z. tegni: ꝓpterea quia nutrimẽ
tum nerui eſt ꝓpinquũ eius nature. ſ. humor groſſus vi/
ſcoſus. ergo ſuperfluitas eius eſt ſecundũ hãc ratiocina
tionem deterior eo in groſſitudine ⁊ viſcoſitate: ⁊ lꝫ hu/
miditas neruoꝝ ex ſuperfluo motu eoꝝ exſiccet̃ ⁊ con/
ſumatur: vt apparet in laborãtibus in quib⁹ adeo exſic/
cãtur vt quaſi ſpaſmeñt ⁊ retrahañt: moderatus tamẽ
motus ſuperfluitates cõſumit in neruis eorũ robur au/
gendo: neqꝫ nerui habẽt cõcauitatem manifeſtã in qua
cõtineatur humor aliquis: ſicut vene: ſed habẽt poroſi/
tates in quibus recipit̃ ⁊ digeritur eoꝝ propriũ alimen
tum. Et ſunt nerui motiui ſicciores ꝙ̃ ſenſitiui tantum.
Melior nãqꝫ neru⁹ ⁊ perfectior ad motũ eſt ille qui ſic/
cior eſt: ⁊ quãto magis exſiccat̃ tanto melius operatões
ſuas ꝑficit. ſ. motiuas ⁊ corroboratiõnẽ carnis. ſ. et toti⁹
corporis: dicebat Raſis. ꝑmo cõtinẽtis.

**Color** eorum eſt albus. ſunt enim membra ſperma/
tica ⁊ exanguia.

**Figure** create fuerũt rotunde diſtincta rotũdita/
te per circuitiões incedentes ad membra
que ſunt inſtrumẽta motus volũtarii. Factũ eſt eniꝫ vt
nerui motiui ad id ad qđ dirigũtur eant poſt circuitio/
nes in quib⁹ ipſi incedũt vt in duritie ordinẽtur a prin/
cipio elongati: auctore Auicẽna.

**Quantitas** quorũdam eorũ eſt magna: imo ma/
ior ꝙ̃ neruoꝛuꝫ ſenſitiuoꝝ. ſicut etiã
durior: ⁊ quorũdam minor. Sicut enim melius fuit eis
quecũqꝫ ſenſibiliores particule mitti a cerebro maiorẽ
⁊ molliorem ſimul. Ita eis. ſ. particulis quecũqꝫ ad for/
tes ⁊ vehementes motus cõſtituenbantur maioreꝫ ner/
uuꝫ ⁊ duriorẽ ſimul: cũ multa ſit differẽtia particularũ
in natura poſitiõe ⁊ actibus: dicebat Galie. 16. de vtilita
te particularũ. Neqꝫ quãtitas maior neruoꝝ facit ad ro
bur corporis: ſed cauſa roboris corporis ex parte neruo/
rum potius eſt ipſoꝝ tenſio ex ſpiritu. Et alia eſt ipſoꝛuꝫ
denſitas ex ſiccitate ꝓueniẽs: dicebat idẽ Galien⁹ in li/
bro de vtilitate anhelitus. que tãto maiorẽ infert firmi
tatem quãto amplior fuerit: niſi intantuꝫ excedit ꝙ de/
ueniat ad ſpaſmũ de inanitõe: dicebat Raſis. i. niſi vlci
mer̃ ſiccitas. Omnis enim imoderata qualitas deiicit
actum proprie virtutis.

**Numero** triginta ⁊ vno parib⁹ que cõiugatiões
vocabat Galien⁹: cũ vno impari neruo/
rum cõcludit̃ tota motiuoꝝ neruoꝝ imediate ortorum
a nucha ſumma: auctore Halyabbate: quorũ vnus ner/
uus eſt remanẽs ſine ſotio ſibi oppoſito: quoꝝ ſigillatiꝫ
fiet oſtẽſio. Lꝫ enim tantuꝫ triginta ſint ſpondiles per
quas fit nuche trãſitus ⁊ ab vnaquaqꝫ oriat̃ vnum par
preterꝙ̃ ab vltima earũ. Sunt tamẽ in toto vt diximus
triginta ⁊ vnũ paria neruoꝝ orientiũ a nucha: ⁊ vnus ſo
litari⁹ neruus ſine ſotio: ⁊ cauſa eſt quia par vnũ neruo/
ruꝫ orit̃ a ꝑma ſpõdili colli: ⁊ vnũ aliud par ab interme/
dio ꝑme ⁊ ſecũde ſpondiliũ colli. Et ſimiliter vnuꝫ par
orit̃ ab vltima ſpondiliũ albouiue: ⁊ aliud par ab inter/
medio vltime ſpõdilis illius: ⁊ ꝑme alboſos. ſicut oſten
demus. Sunt aũt eoꝝ in collo octo paria: quoꝛuꝫ origo
eſt a ſeptem ſpõdilibus colli: ⁊ vnus a ſpõdili ꝑma dor/
ſi ⁊ ab vltima colli: que paria ſunt octo: a ſpõdilibus ve/
ro dorſi. 12. a ſpondilibus renuꝫ quinqꝫ procedunt paria
ab albouius tria: ab alboſos totideꝫ: ab oſſe vero caude
vn⁹ ſine comite. i. ab extremo puncto caude foraminis:
auctore Halyabbate.

**Situ** vero ⁊ eoꝝ colligãtia quantũ ad originẽ eoruꝫ
eſt a poſteriori cerebro que eſt ꝑncipiuꝫ nuche
⁊ radix omnib⁹ neruis: quib⁹ fit volũtarius motus in to
to corpore animalis. Ex ipſa. n. nõ oriunt̃ niſi pauci ner/
ui numero ad ſenſum: multi vero ad motũ: dicebat Ga/
lienus ſcđa tegni. diffuſiões nãqꝫ omniũ neruoꝝ in oẽs
corporis partes: auctore Halyabbate: vel ab ipa ſunt ce
rebri ſubſtãtia: aut ab ipa mediãte nucha: de quibus di/
tibus brachij tendẽs ad raſetã. Secũdus ſimilr ſpargit
ſupra diuiſiões.i.ramulos rami p̊mi: ⁊ ſunt diuiſiões ra
mi hui⁹ ſcdi.i.diſtributiões vel ramuli diuidẽtes ſimi
les diuiſiõibus rami p̊mi. Tertius ſimilr diuidit in me
dio brachij:ſicut duo p̊ores.ſ.p̊mus in fine brachij. Se
cundus v̊o inter infimũ brachij ⁊ mediũ . Quartus qui
maior eſt tribus p̊orib⁹ eleuatus appet. Et exit ab eo ra
mus qui ramo cephalice ꝯiunctus venã nigrã cõſtituit.
Reſiduũ aũt hui⁹ q̄rti rami eſt vena baſilica q̄ poſtq̄
eleuata eſt:⁊ ſe oñdit in curuatura brachij occultatur et
ſubmergit alia vice. ADDITIO

Hanc itaqz venã que vſqz ad locũ hũc dicta eſt
aſellaris:hoc in loco Auicē. nomia
bat baſilicã.i.regiã ⁊ excellentẽ.baſilice.n.ornatũ homi
nez vocabat plautus incedere eũ qui regie ⁊ excellẽter
incedebat:eſt nãqz vena venaꝝ brachij excellẽtior ⁊ re
galior: ſunt tñ q dicant eã ideo baſilicã vocari a baſi qđ
fundamẽtũ deſignat.ſicut.n.fundamentũ domus p̊tib⁹
alijs duabus tecto ⁊ parieti ſubeſt. Ita per pticipataz ſi
militudinẽ hec vena ſubeſt mediane ⁊ cephalice venis
quas nominabimus. ADDITIO

Et he quidẽ ſunt vene tres inſignes q̄s flõma
re l curuatura brachij ꝯſuetũ eſt
ſupra iũcturã ſiue curuaturã cubiti:auctore Aui.quẽ lo
cũ eſſe ſupra iuncturã eſt cõprehendere plicãdo ſiue fle
ctẽdo brachiũ. Per flõmiaz aũt in ꝓpoſito:ſicut ⁊ vbiqz
in hac oſtẽſione audiri volumus inciſionẽ vene dictã a
flex grece qđ latine ſonat venaz ⁊ tomi qđ inciſionẽ vel
diminutionez denotat.eſt.n.recta vene inciſio: dicebat
Cõcilia. Alexãdrinus.ſic.n.cadit flõmia ſub inſtrumẽ
to mãuali qđ eſt cyrugia. Lz ipſa ꝓut eſt organũ medi
cinale ſit cõis hũoꝝ euatio . Cauſa aũt q̄re eligit hic lo
cus in flõmãdo eſt vt ſanguis cõmode egrediat ⁊ decẽ
ter ſaliat:vtqz ſit ſecuritas a nocumẽto venaꝝ ⁊ artaria
ruz:ſub iunctura nãqz he tres vene nimis tortuoſe ince
dũt. In iũctura quoqz ſũt nimis recte q̄ in loco etiã ner
uis ſunt permixte ⁊ artarijs. ❡ Ampli⁹ p̊ceptũ eſt baſi
licam:ſicut neqz etiã alias duas venas cephalicam ⁊ ni
grã ſm longitudinẽ incidere:eo ꝙ ipſe ſunt coniunctio
nales:auctore Auicē.dicunt aũt ille vene ꝯiunctiõales
que ſm lõgitudinẽ ſuã extẽdunt ſupra iũcturã plicabi
lez.ſ.nigra ⁊ baſilica ſupra iuncturã cubiti. nã cũ moue
tur iunctura labia vulneris vene elongant;⁊ ita tardat
ꝯſolidatio vulneris earꝫ.vñ ⁊ flõmiã ſm lõgitudinẽ ad
conſolidãdũ tardiorẽ eſſe cõfeſſum eſt. Sunt p̊terea flo
bothomi quib⁹ incidit baſilica dilatãdi:dicebat Auic.
tũ vt dilatationez amplã faciant: tum etiã vt ſecũdatio
fiat ſi volũtas affuerit ſecũdãdi. In venis ãt nõ ꝯiũctio
nalib⁹ res eſt ab hac diuerſa:qz.ſ.citius ꝯſolidant. Alias
aũt venas melius eſt ſm longitudinẽ flõmare : eo ꝙ il
la ſm lõgitudinẽ facta eſt minor minutio ⁊ ſalubrior in
omnib⁹ ꝯditionib⁹ de aliq̄ neruo ſubſiſtẽte:aut artaria:
auctore Raſi.i5.ꝯtinentis:qm̄ ſi apertio inuenit aliquẽ
neruũ per lõgitudinẽ nõ infert aliqđ magnũ nocumen
tuz. In venis aũt hñtib⁹ neruos ⁊ artarias ſub ipſis fie
ri nõ debet minutio ſm lõgitudinẽ:quoniã quotiẽs fiet
⁊ ponet inſtrumẽtũ ſuper eas labet ex maiori parte.
ADDITIO

In flobothomãdo quoqz baſilicã q̄ꝫto ma
gis ad brachiũ deſcẽderis erit ſani⁹: dicebat Auicen.ſ.
remouẽdo plus ab artarijs ⁊ neruis : ſub baſilica eni eſt
artaria. vñ i baſilica nõ eſt fiẽda minutio niſi penes ne
ceſſitatẽ:dicebat Galie.in arte anathõie:ſicut recitabat
Raſis.i5.ꝯtinẽtis:qđ ſi neceſſitas coegerit inſpice anq̄
in brachio fiat ligatura:in q̊ loco pcutit pulſus ⁊ euitet:
⁊ etiã euitet ꝙ flõmia fiat penes brachiũ toto poſſe:qm̄
ibi diuidit artaria. Et ſi penes ligaturã factã nõ iflatur
ſtatiz:ſoluat ligatura ⁊ cõprimat ipſe locus ſi fugiat ve
na:deinde ſecũdo ligatura fiat in loco in quo eã incepi
mus vbi erat vena pulſatilis: poſtea ſub radice ſiniſtra
adiutorij. In q̊ itaqz loco fuerit baſilica mãifeſta ⁊ extẽ
ſa minutio fiat in loco q ſepat ab artaria:ſed in quo non
manifeſtat baſilica penitus:niſi in loco pulſus toto ſtu
dio ingre ⁊ incipe in p̊mo vtrũ aſcẽdat artaria vehemẽ
ter:quãdo ligatura fit i adiutorio:qđ ſi ſic acciderit nul
ſa fiat tũc minutio in baſilica ipſa:quotiẽs aũt iflat loc⁹
qui p̄ceſt ei ⁊ artaria ſubſiſtẽs ei eſt magna ⁊ fortis. vñ
qñ iflat abundãter ꝯtingit inde qđ eleuet ⁊ extẽdat ve
na ſuperſtãs ei: ꝓpter qđ qñ vena eleuat ſup gibbũ arta
rie locus extenſus in eo eſt magis alio : quare flõmator
quotiẽs aperit cũ ſuo inſtr̃o iuxta ſolitã in ea apertiõez
incidet totũ corpus baſilice cũ celeritate. Et iueniet ar
tariã eleuatã a pte extrema illi⁹ inſtr̃i ⁊ aperiet artaria,
vñ dz dimitti minutio huius ſimilis ⁊ loco illi⁹ incidẽ
da eſt alia vena que erit in parte focilis exterioris q̄ nõ
inuẽta minuat aquilea.i.vena media : que etiã ſi non in
ueniatur minuatur cephalica.

❡ Et ꝓpterea baſilica in flõmãdo eſt magni timoris: di
cebat Auicen. eo ꝙ artaria nerui ⁊ muſculi cadunt ſub
ea:quare poſſet accidere percuſſio in eis : aut in artaria:
quare p̊cipit ipſe cauendũ eſſe in flobothomando ne ar
taria percutiat:quoniã ſi ſic factũ fuerit non reſtringet
ſanguis:aut difficulter. Sũt p̊terea ex hominibus: quo
rũ baſilice due ꝯiũgunt artarie:qđ aiaduertẽdũ eẽ: di
cebat Auic. ne cũ forte ſignaueris earũ vnã ⁊ credas eẽ
ſecurus ab errore cadat percuſſio in aliã.

❡ Cũqz ligaueris brachiũ ſm plurimum rei accidet: ibi
tumefactio q̄ erit:quandoqz ex artaria:quãdoqz ex baſi
lica: ⁊ qualitercũqz fuerit ligatura ſoluenda eſt ; ⁊ locus
tumefactus leuiter ⁊ molliter inungendus eſt: ⁊ deinde
iterũ ligare : ⁊ iterum reueniente tumefactiõe ligatura
iteruz ſoluenda eſt ⁊ inunctio reiteranda:⁊ ſi iterum re
deat inflatio ⁊ non inueniatur manifeſte an ſit baſilica;

an artaria quid erit in hoc ſi baſilicã dimiſeris: ⁊ ad ramum qui aſcellaris vocaꝛ redibis: ⁊ ipſiꝫ loco baſilice flobothomabis. Et hec quidẽ aſcellaris eſt ſuper domeſticũ aſcẏd ad interiora: q̃ſi dicat Auicē. hoc eſſe meliꝰ ⁊ tutiꝰ ⁊ expediẽtiꝰ: quoniã inflatio errorẽ facit multotiens: q2 ligatura artarie pulſum quieſcere facit ⁊ nõ ſentitur ⁊ ipſam eleuat ad exteriora verſus ſuperficiẽ: ⁊ extimaꝛ tũc ꝙ ipſa ſit vena ⁊ flobothomaꝛ ⁊ erraꝛ. Tutiꝰ ergo eſt pro cautela ramum illius flobothomare. Huc vſq3 additio.

ADDITIO

Iuuat flobothomia baſilice: ꝓter id qd̕ eſt de iuuamẽto eiꝰ in pleureſi: ſicut oſtẽdimus in anathõia venaꝝ guideꝗ in egritudibꝰ mẽbroꝝ: q̃ ſũt ſub furcula. ipſa.n. eſt in illis melior in ſubaſcellari. ſicut in patiẽtibus in mẽbris: que ſunt ſupra furculã in vena ſpatulari: dicebat Moyſes cordubẽ. auctoritate Galie.3. magne anathõie. Et ipſa quidẽ minutio baſilice eſt ſanior oĩbus aliis: dicebat Auicē.i. ꝯuenientior ⁊ vtilior in ſanguinea repletiõe totius corporis ceteris paribꝰ.ſ. ſi non fuerit egritudo magis ſuperiꝰ q̃ꝫ inferius: aut in medio corporis: ſed repletio ſola vniꝰ. tũ q2 directiꝰ ⁊ breuiori via ſanguinẽ euacuat a ſuo fonte. tũ etiã q2 plus temperat calorẽ epatis qui ex ſanguinis repletiõe accidit: tolliꝫ directius opilationes a venis capillaribꝰ epatis ex cõculcatiõe ſanguinis in eis. tũ etiã q2 groſſiꝫ ſanguinẽ nõdũ depuratũ educit. Flobothomia võ cephalice ſubtilẽ ⁊ depuratũ. Inciſio ꝓterea baſilice euacuat qd̕ eſt a parte ſuminis vẽtris inferiꝰ: ipſa tñ etiã euacuat a corde magis q̃ꝫ nigra: quia tranſit per pectus.

⁋ Et ratio quidẽ facit neceſſitatẽ eſſe ꝙ baſilica dextra ⁊ ſiniſtra ſm̃ eandẽ ⁊ rectã dyametrũ ab epate educant mãm: cum ambe: ſicut oſtẽdimus: ſupra furculã a vena aſcẽdẽte: que ab epate ꝓcedit oriãꝛ. vñ inciſio vniꝰ earum epati tantũ debet cõferre quantũ alterius. Experimẽto tñ oppoſitũ ꝯprobaꝛ: baſilice.vꝫ. dextre minutionem egritudinibꝰ epatis magis cõferre. ſiniſtre võ ſplenis: q̃ in re experimentũ: cui medicus dꝫ in operando inniti rõnẽ vincat.ſ. apparẽtẽ ꝓma facie occurrentẽ: nõ tñ vincit experimentũ rationẽ veritatis exquiſite. talis.n. ratio nũq̃ꝫ repugnat experimẽto vero.n. ꝯſonat veruꝫ. Et ſit ꝯſimile ꝓceptuꝫ in ramis ortis a baſilica cephalica ⁊ nigra. Minutionẽ ꝓterea fieri ꝑcipiebat Raſis ipſius baſilice ſiniſtre ad ſtricturã anhelitꝰ: ⁊ in oĩbus morbis accidẽtibus in mẽbris anhelitus: baſilice võ dextre ad ſaitũ cordis cũ repletiõe: qm̃ vas dextrũ cordi eſt ꝓpinquũ: ſiniſtrũ võ anhelitui.

TEXTVS

⁋ Anathomia cephalice.

SEcunda venaꝝ brachẏ eſt quã Galienus in libello de flõmia: ⁊ raſis ꝓmo Almãſoris hũeralẽ appellabãt. Halyabbas võ ſcapularẽ. Auicē ſpatularẽ: q2 forte a regione ſuperiori humeri ſiue ſpatule ꝓcedit: diciꝛ quoq3 cõiter cephalica: q2 forte eius minutiõe veluti directiori vtimur ĩ capitis paſſiõibꝰ. Cuiꝰ origo ⁊ ꝓceſſus ſic habeanꝛ. Ramus nãq3 vene ꝯcaue aſcendentis: que vere eſt ſtipes aſcẽdẽs a furcula ad ſuperiora capitis tã dextre q̃ꝫ ſiniſtre partis in duas diuiditur venas ꝓus q̃ꝫ multũ aſcẽdat: ⁊ vna eaꝝ vt in anathõia venarũ guideꝗ diximus vocaꝛ guideꝗ manifeſta: ⁊ alia diciꝛ guideꝗ occulta ſiue ſubmerſa ⁊ celata. Et guideꝗ quidẽ manifeſta quã Halyabbas organicaꝫ vocabat: ilico cum a furcula aſcẽdit in duas diuidiꝛ ptes: quarũ vna ilico cũ ſeparaꝛ in anteriora tẽdit ⁊ ad latus: ⁊ altera vadit ꝓmo ad anteriora ⁊ deorſum: ⁊ dehinc aſcẽdit circulariter ⁊ reuoluitur ad furculas: ⁊ eleuaꝛ ab exterioribus in ꝓmã eiꝰ partẽ.ſ. colli: ⁊ ꝯmiſceꝛ cũ ea: ⁊ ſit ex his ãbabꝰ guideꝗ mãifeſta.

⁋ Halyabbas tñ vꝛ in verbis ſuis velle quãlibet dictaꝝ partiũ in plures diuidi partes: ⁊ ꝙ quedã ptes vniꝰ cũ quibuſdã partibꝰ alterius cõmiſcent: ⁊ ꝙ fiat ex eis guideꝗ ꝓdicta: verũ tñ anq̃ꝫ pars ꝓdicta ſecũda cũ ꝓma miſceaꝛ: ab ipſa ſeparãtur ptes due: quarũ vna ad latitudinẽ tendit: deinde ſibi apud furcularũ duarũ obuiatione obuiãt in loco ꝓfundo: ⁊ adinuicẽ ꝯtinuanꝛ. Secunda võ in collo mãifeſta trãſuerſaꝛ: ⁊ eiꝰ rami ſibi poſtea nõ obuiãt: neq3 cõtinuanꝛ. Et ex iſtis duabꝰ venis rami plurimi ſubtiles ad inſtar filoꝝ retbiꝭ aranee prodeunt viſu nõ ꝑcepti omni tẽpore qui ad ſuꝑiora eleuãtur: ⁊ illa mẽbra imbibũt. Lꝫ ſint qui dicãt. mãe. ꝙ quãuis ille ſenſum effugiãt ſemꝑ. Aliqñ tñ viſu ꝑcipiunꝛ apud eaꝝ plenitudinẽ. Ex ramis võ qui adinuicẽ ſibi nõ obuiant tres ſeꝑanꝛ vene quãtitatẽ hñtes ſenſu viſus ꝑceptam: quarũ vna ſuꝑ ſpatula extẽdiꝛ ⁊ ad brachiuꝫ porrigiꝛ: ⁊ dicta eſt ſpatularis ſiue humeralis ex q̃ eſt vena cephalica dicta. Ille eniꝫ vene nõ flõmanꝛ cõiter: niſi in ramo ſuo ꝓpe curuaturã cubiti qui ramus dꝛ cephalica vena. Alie võ due radicibus huiꝰ ſunt adherẽtes: ⁊ ad duo latera eius ſuper caput ſpatule ſunt cõicantes: quarũ vna duarũ ibi torqueꝛ vt ſerpens: ⁊ nõ pertrãſit eã: imo ſpargitur. ſecũda vero que eſt anterior eaꝫ pertranſit ad caput adiutorẏ ⁊ ibi ſpargitur.

⁋ Prima itaq3 vena ex ſpatulari vena explãtata cũ peruenit in rectitudinẽ adiutorẏ eſt vena cephalica: auctore Auicē. in ꝓma ꝓmi. L.3.i3. de aĩalibus. caꝑlo de epate ⁊ venis: vnã ⁊ eãdẽ venã reputet ſpatularẽ ⁊ cephalicã cũ dicebat. Secunda vena ſpatularis que diciꝛ cephalica: quãdo fuerit ꝓpe adiutoriũ ꝓmo ramificaꝛ in ramulos qui ſpargũꝛ in cute adiutorẏ: ⁊ in ꝑtibꝰ manifeſtis muſculoꝝ qui ibi ſunt: Poſtea aũt q̃ꝫ a vena ſpatulari ſparſi ſunt rami in cute adiutorẏ: ⁊ in ꝑtibus manifeſtis muſculoꝝ eius: ipſa ſpatularis vel truncus ipſius ꝓncipalis remanẽs.ſ. cephalica iuxᷓ iũcturã cubiti diuidiꝛ in tres partes quas nominabimus. Spatularis aũt ſiue cephalica eas ambas pertrãſit vſq3 ad vltimũ qd̕ eſt in manu.

ADDITIO

Et ipſaꝫ quidẽ cephalicã ſupra iuncturã brachẏ: ſicut etiã baſilicã flõmari ꝑcipiebat Auicē. in cuiꝰ minutiõe ſeu inciſiõe nõ eſt aliqd horribile: auctore Ga. in arte anathomie: ſicut narrabat Raſis.i5. cõtinẽtis. ſi in vna vice facta fuerit iciſio: lꝫ percuſſio magna ſit: ſed ſi multiplicata ſit muſculus dolebit ⁊ inflãmabiꝛ. Sanior.n. oĩum venaꝝ brachẏ: que flobothomantur eſt cephalica: dicebat Auicen.i. ſecurior ad flobothomãduꝫ vel ad punctionẽ: q2 ipſa eſt in medio brachẏ diſtans a neruis. ſub ea.n. nõ cadunt nerui: neq3 artarie: neq3 accidit apoſtema in cephalica.i. iflatio quotienſcũq3 minutio facta fuerit ampla. Eſt.n cephalice inciſio ſecurior: ⁊ minus periculoſa quo ad inciſionẽ: neq3.n. in ea timeꝛ percuſſio nerui: ſicut in mediana vena: neq3 inciſio artarie: ſicut in baſilica: cũ ipſa neq3 neruo: neq3 artarie propinq̃ ſit: nõ tñ rõne egritudinis diciꝛ flobothõia cephalice ſecurior cũ ipſa pluries noceat oculis ⁊ cerebro. opꝫ ꝓterea in flobothomando cephalicã vt illiꝰ apertio remoueatur a capite muſculi ne cadat leſio in neruo et vt dilateꝛ apertio.i. fiat ampla inciſio: ne flobothomus flobothomã cõſequaꝛ: ita.ſ. vt illius apertio non fiat pluribus percuſſionibus. nã ſic fieret in loco percuſſiõis apoſtema. nã plurimũ erroris euenientis in flobothomia cephalice nõ ꝓuenit ex percuſſione vna cũ ſit magna: immo nõ ꝓuenit nocumentũ: niſi ꝓpter iterationẽ percuſſionis. Cũq3 in flobothomãdo cephalica nõ fuerit inuenta: querendũ eſſe aliquẽ ramoꝝ eius preceptum eſt: qui ſũt in ſilueſtri ꝑte aſſcẏd ⁊ flõmeꝛ

ADDITIO

Juuamentum aũt minutionis cephalice eſt vt plurimũ in euacuatiõe ſanguinis ex collo: aut ex parte parũ ſupra collum: auctore Auic. vel parũ ſub collo: ꝓpter .ſ. colligantiã quã cephalica h꞉ cũ ramis venarũ qui ſpargunt̃ per colluꝫ ſupra ⁊ parũ infra. originẽ enim ducit cephalica vt oſtẽdimus ex vena aſcẽdente ad furculã. vnde per partes non multum remotas a collo etiaꝫ caput audiamus: a partib⁹ tñ que ſunt ſub collo nõ ita euacuat ꝙ ꝑueniat ad euacuandum a partibus epatis ⁊ hypocundrioꝝ ſaltẽ imediate: neqꝫ etiã taliter mũdificat inferiora vt ex tali mundificatione aliq̃ cura habeat̃. Oculis ꝑterea humeralis vena: ⁊ que ab ea ramificat̃ ſm cubituꝫ .ſ. cephalica inciſa celeriter iuuamẽ infert: dicebat Galienus in libello de flobotbomia. TEXTVS

Anatbomia vene que funis brachy vocata eſt.

Vena ſpatularis ſiue humeralis: aut cephalica ꝑ brachiũ deſcendẽs ad cubiti iuncturã in cutẽ ⁊ ꝑtẽ muſculoꝝ ramos dimittit mãifeſtos tẽdẽs: poſtea circa cubiti iũcturã in tres diuiſa eſt ꝑtes: quarũ vna eſt: quã Auicẽ. funẽ brachy appellabat. Halyabbas vͦo chordã cubiti. nã totuꝫ aſſeyd vocabat cubitũ Halyabbas: circũuoluit .n. brachiũ ⁊ extẽditur in parte eminentiori focilis ſuꝑioris .i. oſſis ſuꝑioris cõponentis brachiũ a cubito ad manũ: ⁊ poſtea ad ſilueſtreꝫ .i. poſteri⁹ brachy inclinat̃: auctore Auic. declinãs ad partẽ gibbã inferioris. Et ipſa quidẽ eſt vena que flexuoſe per brachiũ ducit̃ .ſ. ſuper partẽ dextrã ⁊ ſiniſtraꝫ focilis: que poſtea ſpargit̃ in inferiorib⁹ partibus raſete: eſtqꝫ cephalice ramus: cuius ipſa tenet locũ: nõ aũt ſic tenet locũ mediane: neqꝫ baſilice: q꞉ non eſt illi⁹ ramus. ſicut dicebat errãs Mundinus: quã flobotbomandã ꝑcipiũt quaſi in iũctura cubiti. Et melius quidẽ eſt vt trãſuerſe minuat̃: niſi vtrinqꝫ .i. ad vtrãqꝫ parteꝫ dextrã .ſ. ⁊ ſiniſtrã fuerit flexuoſa: quoniã tũc in lõgitudine eſt flobotbomãda. nã ſi cũ flexuoſe incedit ſm lõgitudinẽ icideret̃ caderet iciſio in ea ſm latitudinẽ: ſꝫ icidẽda eſt in trãſuerſo brachy: ⁊ tũc cadit inciſio in lõgitudineꝫ. Ipſa quoqꝫ eſt vena parua: que taliter eſt flõmãda: vt fiat melior ſanguinis exituſ. ADDITIO

Juuamentum aũt flobotbõie funis vene ſimile eſt iuuamento cephalice .ſ. in eductiõe ſanguinis ab eiſdeꝫ mẽbris .ſ. ex collo ⁊ ex eo qd̃ eſt ſupra ipm̃: ita vt etiã a capite ⁊ paruꝫ ſub ipſo. Lꝫ terminũ epatis nõ trãſcendat ⁊ hypocũdrioꝝ: ⁊ inferiora nõ mundificat: mundificatiõe de q̃ ſit curãduꝫ: ſicut neqꝫ cephalica ꝑut diximus. Lꝫ aũt ipſa ab eiſdẽ euacuet a quibus ⁊ cephalica: non tamẽ habet conſimilem moduꝫ euacuãdi: q꞉ ipſa magis diuertendo ab illis educit q̃ꝫ cephalica. Scire tamẽ vtile eſt ꝙ funis ⁊ ſi ſit ramus cephalice ſolius: cui .ſ. cephalice nõ ꝯiungitur baſilica in curuatura brachy .i. añq̃ꝫ cephalica cũ baſilica in curuatura brachy cõcurrãt ad componẽdã venaꝫ medianã: q꞉ tñ ipſa funis poſita ſuꝑ muſculos ducit̃ iter cubitũ ⁊ raſetã: de quoꝝ punctura timet̃ in flobotbõia. Ideo forſitã funis vene flobotbõia non eſt in vſu: ſicut notabat Gẽtilis. Scd̃a vͦo pars cephalice: ita circa cubiti iuncturaꝫ in tres partes diuiſa: ſicut diximus tendit ad locũ cubiti in eminẽti parte aſſeyd: auctore Auicẽ .i. partis que eſt a cubito vſqꝫ ad raſetã: ⁊ vnit̃ ramo vene aſcellaris: ⁊ ex his cõmixtꝭ fit vena mediana ſiue nigra dura: cui⁹ anatbomiã paulo poſt aſſignabimus. Tertia vͦo pars ꝓfundat̃ ⁊ miſcet̃ in ꝓfundo brachy cuꝫ ramo aſcellaris: ⁊ q꞉ occultat̃: ⁊ etiã nõ eſt cõſuetũ eã flobotbomari nomine ꝓprio caret: propter quod Raſis ꝑmo ad Almanſorẽ: hãc partẽ tertiã nõ numerauit inter venas brachy cũ dicebat. Et cũ humeralis vena ⁊ aſcellata ꝓpe cubiti iũcturas veniũt due ab eis ſeparãtur ꝑtes: vna .ſ. ab aſcellata: altera ab humerali: ⁊ coniunctiꝫ deſcendũt quouſqꝫ ex eis vna fiat vena que purpurea .i. matrix vocatur. Alia vͦo humeralis vene pars per manifeſtas adiutoꝛy partes ꝓtendit̃ ⁊ ſuper focile alterum trãſit ⁊ vocat̃ hec funis brachy. Idẽ docebat Auerro. p⁰ colligꝫ.



Anatbõia vene cõis ſiue medie. TEXTVS

Pars vero ſecũda ſpatularis vene ſiue cephalica quã iux̃ cubiti curuaturaꝫ diximus diuidi in tres partes ad cubiti flexionẽ tendẽs i mãifeſto aſſeyd: ideſt ꝑtis que eſt a cubito vſqꝫ ad raſetã coniungit̃ ramo orto a vena aſcellari ſiue baſilica quaꝫ diximus: ibidẽ etiã iuxta cubiti flexionẽ tẽdere: qui quideꝫ ambo rami ſimul iuncti ambo vadunt quouſqꝫ ex eis ꝑ coꝝ cõmixtionẽ fiat vena vna ꝓcedens per mediuꝫ duplicationis cubiti qui locus dicit̃ brachy fons: auctore Halyabbate. Et hec quidẽ vena ex illis reſultãs eſt illa quã arabice aquebelã: dicebat Halyabbas nuncupari. Nos vͦo mediaſtenã ſiue medianã: eo ꝙ duabus cephalice .ſ. ⁊ baſilice interſit: cõiter tamẽ dicit̃ vena cõis: eo ꝙ ſanguinẽ educit a ſuperiorib⁹ ⁊ inferiorib⁹ ⁊ medys: Et dicit̃ nigra. purpurea. ⁊ aquilea: q꞉ ei⁹ color magis q̃ꝫ aliarũ venarũ ad hos colores declinat. Et dicta eſt etiaꝫ vena cardiaca ſiue vena cordis: q꞉ a corde ⁊ partib⁹ pectoralibus directe euacuat. Et appellata eſt vena matricis ſiue matrix: q꞉ a matrice ſanguinẽ diuertit. Mediana vͦo dicta eſt: q꞉ inter cephalicã ⁊ baſilicã eſt poſita ex vtriſqꝫ cõpoſita. Pars aũt tertia ſiue ramus tertius cephalice ſubmergit̃: ⁊ in ꝓfundo etiã cũ ramo aſcellaris cõmiſcet̃. Incipit eniꝫ vena nigra a domeſtico .i. a parte anteriori brachy: ⁊ eleuat̃ ſupra focile ſuperius: ideſt ſuper arundinẽ minorẽ .i. os minus brachy: poſtea ꝑuenit ad ſilueſtre .i. ad dorſum brachy: que in duas diuiditur partes: auctore Auicẽ. ad laude grece ſimilitudinẽ: cui⁹ ꝑma pars .ſ. ſuperior tẽdit ad extremũ focilis ſuꝑioris: ⁊ tranſit per raſetã ⁊ diuidit̃ in dorſo pollicis in intermedio pollicis ⁊ indicis: ⁊ in indice vt nutriat partes illas. Pars aũt ſecunda vene nigre que eſt inferior tranſit ad extremũ focilis inferioris: ⁊ diuidit̃ in ramos tres: quoruꝫ ꝑmus vadit ad locũ intermediũ indicis ⁊ medy digiti: ⁊ vnit̃ ramo qui ad indicẽ venit a parte ſuꝑiori vene nigre: ⁊ ex his ramis ꝯiũctis fit vna vena. Secũdus aũt ramus vocat⁹ ſeylen ꝓtendit̃ verſus digitos ⁊ ſpargit̃ in itermedio medy digiti ⁊ anularis. Terti⁹ ꝓtẽdit̃ ad anularẽ ⁊ digitũ minimũ. Et hi rami ꝯiũgunt̃ ⁊ poſt diuidunt̃ ſparſi in digitis. ADDITIO

Juuamentum flomotbõie vene nigre eſt ſꝫ iudiciũ mediũ inter baſilicaꝫ ⁊ cephalicã: q꞉ ab eis ipſa orit̃: neqꝫ ipſa euacuat a pectore ⁊ corde niſi rõne baſilice que trãſit ad pectus. Et hãc flobotbomari preceptuꝫ eſt ſupra iuncturã cubiti ⁊ non ſub ea: neqꝫ in ea: ſicut etiã de baſilica ⁊ cephalica aſſerebamus ꝓpter cãm quã adduximus. Et in flõmando nigram eſt timor: dicebat Auicẽ. ꝓpter neruũ qui eſt ſub ea: ⁊ quãdoqꝫ etiaꝫ eſt inter duos neruos. Lauendũ igit̃ eſt ne ipſa flobotbomet̃: niſi cuꝫ cautela ab illis neruis: quare etiã Galie. eã incidẽdã cũ cautela ꝑcipiebat: quãdo eniꝫ operatio flobotbõatoris fuerit in ea incongrua incidet̃ neruus paruulus ibi: neqꝫ intẽdit Galie. dicere de neruo .i. de ſubtili parte eius: dicebat Raſis valde: ſꝫ de magna parte vicina aquilee per nãꝫ. Et fortaſſis quia nõ in omnib⁹: ſꝫ in quibuſdã cadit ſuper eã neruus ſubtilis ſenſus. ſicut chorda oꝫ vt cognoſcat̃ .ſ. per tactũ ei⁹;

⁊ tunc caueaṫ ne percuſſio in eo cadat ⁊ perueniat inde ſtupor perſeuerãs. In eo tñ cui⁹ nerui ſunt groſſiores ramus eſt magis mãifeſtus. Ideoq̃ ⁊ melius eſt cognoſcere ⁊ percuſſionem illius fugere. Error tñ in ipſo eſt deterioris nocumẽti: dicebat Auicen. q̄ ſi erraſti ⁊ percuſſiſti neruũ nõ cõſolides flobotbomiã: imo ſuper ipſaʒ pones qḋ ipſius ꝓhibeat conſolidationem. Et ſit medicamentum eius medicamentum vulneris neruorum. Cauendo tibi ſummopere ne res infrigidãs ad ipſam perueniat ſiue ſit infrigidans actu ſiue potentia: immo totum corpuʒ oleo calefacto frica. Et ex hoc apparet error eorum qui poſt flobotbomiaʒ vene cõmunis aquaʒ frigidam ſupinfundunt. TEXTVS

℄ Anatbomia vene nominate ſaluatella ſiue ſcylen.

**A** **Sellaris** vena quã nominauimus: cũ circa cubiti iuncturã peruenit ꝑter reſiduuʒ eius qḋ eſt baſilica: ſicut diximus: in duas diuidiṫ ꝑtes: quarũ vna ſubmergiṫ: auctore Dalyabba. ⁊ ramo cephalice ↄtinuaṫ: qui ꝓfundaṫ: cũ quo par incedit: ſed poſtea ſeparaṫ ab eo: ⁊ declinat vna earũ ad domeſticuʒ: donec perueniat inter digitũ mediũ ⁊ anularẽ. Et hãc venam ſaluatellaʒ Raſis appellabat: ab vno.n. ramo vene aſcellaris ꝓtẽdiṫ ramus ad locũ vſq̃ mediũ inter medicum ⁊ anularẽ: quẽ ipſe ꝑmo ad Almãſorẽ ſaluatellã nominabat. Auicen. tñ putabat ſcylen venã eſſe ramũ ꝑtis inferioris vene nigre; ⁊ eſt ideʒ qḋ ſaluatella. ſicut doceṫ in ſynonimis Auicẽ. Raſis aũt ꝗ nõ meminit de diuiſione vene nigre aſſerit ſaluatellã eſſe ramũ vene aſellaris: qui ſermo ſaluari põt: eo q̄ vena nigra eſt partiʒ ramus aſellaris. Et hec vena ꝓtendiṫ vſq̃ ad locũ qui eſt inter anularẽ ⁊ mediCuʒ digitos: dicebat Dalyabbas. Et hec etiã vena ſalubris vocaṫ: ⁊ pars eius eleuatur ⁊ in partibus man⁹ extrinſecis que tangũt os diuiditur: dicebat Auicen. Et hec quidẽ vena ꝓculdubio eſt ramus vene nigre vt oſtẽdimus in anatbomia illius ſaltẽ imediate: cui.ſ. vene nigre coniũgiṫ baſilica in curuatura bracby. Ipa tñ eſt ram⁹ baſilice mediãte vena nigra. Ex hoc aũt apparet error mũdini qui ſaluatellã: dicebat eſſe venã: que eſt inter pollicẽ ⁊ indicẽ. De hac vero vena Auicẽna. Meminit etiam. iʒ. tercij. qui in opilatione ſplenis ex ſanguie plurimo melãcolico ꝑcipiebat flobotbomari baſilicã ⁊ ſaluatellã: ⁊ dimitti ſaluatellã cõſtringi per ſeipſam añ caſuʒ virtutis. nõ eniʒ plurimũ debilitat flobothomia ſaluatelle: ⁊ quãto plus de ſanguie illo extrahiṫ ſplen magis extenuaṫ. Ex his itaq̃ apparet ſaluatellam eſſe ramũ nigre imediate: cui coniungiṫ baſilica in curuatura bracby. Eſt tñ ramus baſilice mediate vena nigra: ⁊ in hoc ſaluaṫ ſentẽtia coꝝ qui dĩt ipſam eſſe ramuʒ nigre: ⁊ alioꝝ qui dĩt ipſam eſſe ramũ baſilice. Ex dictis etiã apparet concordia in dictis raſis: qꝛ ſcylen ſiue ſaluatellã dicebat eẽ ramũ aſellaris; ⁊ in dictl Auic. qui ſaluatellã; dicebat eſſe ramũ partis inferioris vene nigre. ſicut diximus. ADDITIO

**Manus eius** qui ex ſaluatella flobotbomandus eſt poni debet in aqua calida: ne ſanguis cito reſtringaṫ: ⁊ vt facile egrediaṫ ſi eius egreſſio fuerit debilis: ſicut etiam plurimi ſunt coꝝ qui ex aſellari flõmanṫ. Et fienda eſt ex tranſuerſo ſi ramus ſit ꝑuus vt ſanguis liberius exeat.

**Iuuamẽtum** flobotbõie hui⁹ vene eſt: ſicut iudiciũ baſilice: in educẽdo.ſ. ſʒ ſaluatella magis deriuat. i. diuertit q̄ʒ baſilica: imo ſtante ſanguinis abũdantia vel circa ſplenẽ ꝓprior flõmia eẽt ſaluatellarum in manibus: quia iſte vene videntur magis appropriari repletionibus propꝛijs epatis ⁊ ſplenis: auctore Auicenna. zz. tercij. capitulo de cautela a doloribus iuncturarum. TEXTVS

℄ Anatbomia vene inter pollicem ⁊ indicem.

**V** **Ena nigra** ſiue mediaſtena ſicuti illius anatbomia oſtẽdimus per mediũ trãſiens cubiti a domeſtico incipit: ⁊ ſupra ſuperius focile eleuaṫ: deinde ad ſilueſtrẽ ꝑuenit: ⁊ in duas diuidiṫ partes ad laude littere grece ſimilitudinẽ: quaruʒ ſuperior ad extremum ſuperioris focilis tendit ⁊ vadit ad raſetam ⁊ in policis dorſo ſpargitur: ⁊ iter ipſum etiam indicem: ⁊ ibi terminatur: auctore Dalyabba. ſiue in dorſo policis. Et huius quidem vene flobotbomia frequẽtius eſt in vſu q̄ʒ vene funis.

℄ Neq̃ verũ dicebat errabundus Mundinus: hãc videlicet venã inter policem ⁊ indicẽ vocari ſaluatellam. Lʒ verũ dixerit duʒ precipiebat eam flobotbomari loco cephalice: errauit quoq̃ Nicholaus Florẽtinus: qui hanc venã de mente Auicen. dicebat appellari ſcylen. Eſt.n. ſcylen vena quaʒ diximus paulo ante. Lʒ vͦ conſonet: cum ſubdebat ipſam oriri a vena nigra. Galienus nãq̃ in libro flobotbomie nõ docuit: ſicut neq̃ Auicẽ. neq̃ Dalyabbas flobotbomare hanc venã. Lʒ artariã in loco illo exiſtentẽ docuerit flobotbomari: neq̃ alicubi compertũ eſt a Galie. in libro illo q̄ de ea fecerit mẽtionẽ: imo etiã Auic. in quarta ꝑmi cõmemorãs venas man⁹ ⁊ bracby: flobotbomãdas hanc venã inter illas nõ cõnumerauit. Lʒ Raſis. 9. ad Almanſoreʒ libro. precceperit in obtalmia flobotbomandã eſſe cephalicã ex manu vel brachio: ⁊ per venã manus plurimi intelligebãt venã hanc policis. Similr̃ ⁊ alcanomaſi in libro oculoruʒ: dicebat. Cũ dolores veniunt in oculis ex calidis humoribus fac minutioneʒ ex manibus ambab⁹ ex venis cephalicis: que ſunt ſupra digitũ magnũ. i. groſſum. Ueritas enim eſt ꝑmo q̄ hec vena nõ eſt ramus cephalice ſalteʒ imediate: ſed eſt ramus nigre ſiue cõmunis: ſicut recte docebãt Auicẽ. ꝑma ꝑmi. ⁊. iʒ. de animalib⁹. ⁊ Dalyabbas. ipſa.n. eſt ramus vene cõmunis: cui coniungiṫ in curuatura bracby vena baſilica: ſicut inotuit. Et hac ratiõe dici etiã poſſet ramus baſilice: ſicut ⁊ cephalice. ADDITIO

**Ignorantia** anatbomie huius vene perduxit quoſdam ad hoc vt opinarẽtur: q̄ ſicut ſaluatella eſt ramus baſilice: ⁊ tamẽ ꝓprie nõ eſt eius ſolius ramus: ita vena que eſt inter policẽ ⁊ indicem ſit ramus cephalice qḋ proprie loquẽdo ⁊ imediate eſt falſum: ramus vͦ cephalice eſt funis bracby: que nõ eſt in manu: ſed in ſilueſtri parte bracby inter cubitũ ⁊ raſetaʒ. Ideo qui vellet flobotbomare ramũ cephalice flobotbomare dʒ venaʒ funis dictã: lʒ illius flobotbomia nõ ſit in vſu.

℄ Ex quibus apparet q̄ lʒ flobotbomia vene que eſt inter policẽ ⁊ indicẽ directe nõ ſit appropriata eductioni a capite: ita q̄ ipa nõ euacuat a capite niſi virtute cephalice. Indirecte tamẽ poteſt euacuare a capite: quatenus ipſa educit a vena cõmuni: cuius euacuatione humor a capite poteſt euacuari: per cõiunctionẽ videlʒ cõmunis cum cephalica: ⁊ hoc modo laudaṫ illius flobotbomia in oculoꝝ paſſionibus ⁊ in obtalmia. Et per idem ſi obtalmia: aut paſſio aliqua cerebralis vel oculoꝝ haberet materiã ſuã ab epate: poſſʒ illius vene flobotbomia indirecte cõferre: quatenus euacuãdo ſanguinẽ a vena baſilica: cui ipſa aſſociaṫ mediãte vena cõmuni: vel in coniunctione cũ vena cõmuni: euacuat etiam ab epate: ⁊ ſic eſſe poſſet cauſa minorãdi ſanguinẽ in epate ⁊ remiſſionis feruoris in eo quãdo debite fit. dicebat eniʒ Galie. ⁊ ſcribitur a Raſi. iʒ. ↄtinẽtis. Uidi in ſomno meo face-

te flobothomiā ex vena: que eſt inter policē ⁊ digitum proximum ei manus dextre: ⁊ dimittere ſanguinē manare donec reſtringatur per ſe: qua peracta ſanguis extractus eſt minus rotulo vno: ⁊ mitigatus eſt dolor quē patiebar in epate meo cronicus in loco vbi continuatur epar cum dyaphragmate.

¶ Cauſam autem cur in paſſionibus epatis nō flobothomatur hec vena inter policem ⁊ indicē: ſicut ſaluatella: cum tamē ipſa: ſicut etiā ſaluatella ſit ramus vene communis: aſſignabat Gentilis: Tum quia aliqua maior diſtantia eſt ſaluatelle ꝙ̄ vene huius que eſt inter policē ⁊ indicē: ⁊ ideo ad lōginquius trahitur ſanguis ab epate per ſaluatellam: Tum etiam quia artaria inter policem ⁊ indicem eſt magis detecta ⁊ magis manifeſta: cuius ſignum eſt: quia ſapientes docent eam flobothomari ibi ſicut Auicēna. quarta pmi. capitulo de flobothomia: auctoritate Galieni.

¶ Quia tamē vene in nobis ramificātur: ſicut arborum radices: vel ſicut riui ortos irrigātes: ſicut habet Ariſt. 3° de partibus. Ideo poſſibile eſt ꝙ ſecundū hominum diuerſitatē rami iſtarū venarū diuerſi ſint ⁊ diuerſimode diſpoſiti. Si ergo eſſet aliquis a cuiꝰ vena cephalica ramus in directū ꝓtenderetur ſuper manū ad locū inter policem ⁊ indicem: tunc iſtarū venarum flobothomia .ſ. inter policem ⁊ indicem ſibi conferret: quia tamen id quod vt in pluribꝰ apparet eſt ꝙ ramus cephalice aſſociatur vel appropinquat ramo tendente ad ſaluatellam ꝙ̄ alterius vene manus: propterea quidam oculiſte forte flobothomant ſaluatellam in paſſionibus oculorum.

TEXTVS

¶ Anathomia vene illius que proprio nomine aſellaris appellata eſt ab Auicenna.

VEna aſellaris vt diximus duplex eſt: vna videlꝫ magna ⁊ pncipalis: que .ſ. a vena magna aſcēdente aſellam ad brachium porrigitur: cuius baſilica vena eſt ramus: ſicut docebat Auicenna prima pmi: ⁊ de hac non eſt preſens determinatio. Alia vero eſt vena aſellaris parua nō principalis: ſed ramus rami magne aſellaris dicte: et hanc Auicenna proprio nomine aſellarem nominabat. quarta primi: et de hac eſt preſens oſtenſio.

¶ Sicut ergo pars ſuperior vene nigre ad ſilueſtrē partem focillis perueniētis: ⁊ diuiſe ad laude littere grece ſimilitudinem ad extremum ſuperioris focillis tendens ad raſetā porrigitur ⁊ in policis dorſo inter ipſum ⁊ indicem ſpargitur ibiqꝫ terminatur: ſicut oſtendimus: ita pars altera inferior eiuſdē vene nigre ad extremū focillis inferioris vadit ⁊ in tres diuiditur ramos: auctore Auicē. quorum vnus tendit ad locū qui eſt inter digitum mediū ⁊ indicem: ⁊ ramo qui ad indicem a ſuperiori proficiſcitur parte continuatur: ⁊ fit inde vena vna. Ramus vero ipſius ſecūdus: ⁊ ipſe eſt ſeylen: procedit: ⁊ inter digitum mediū ⁊ anularem diuiditur. Et hec eſt ſaluatella: cuius preceſſit anathomia. Tertius autem illius ramus protenditur ad anularem ⁊ minimū digitos. Et eſt ramus vnus vene baſilice protenſus verſus medium anularis ⁊ minimi digitorum: ⁊ hec eſt illa vena quā Auicen. ꝓprio nomine appellabat aſellarem.

ADDITIO

Hanc venam pretermiſit Raſis ſeptimo ad Almanſorem enumerans ſolum venas quinqꝫ: que in manu magna flobothomari ſolent. Notificatio tamen quam ipſe aſſignabat ipſi ſaluatelle. pmo eiuſdem libro huic vene quam Auicen. ꝓprio nomine aſellarē vocat conuenire videtur. Et hec proculdubio eſt veritas. Lꝫ ſint qui textum Auicen. aliter interpretantes dicant ꝙ ſeylen eſt illa quā Auicen. quarta primi dicit proprio nomine vocari aſellarem: addentes ꝙ hec eſt vena illa quā Auicenna. prima primi ſeylen vocabat. Neqꝫ obſtat quod ipſe dicebat. quarta primi .ſ. ꝙ ſeylen proprio nomine vocatur aſellaris: ⁊ ꝙ ipſa eſt ramus baſilice. id enim omne vt dicunt iſti ad ſaluatellā eſt referendū: que propter propinquitatem terminationis eius cum ſeylen. ibidem ſumitur ſeylen pro ſaluatella. Et eodem modo intendebat Halyabbas cum dicebat. Hanc medicorum plurimi propter ſplenis incidunt paſſionē in manu ſiniſtra: permittuntqꝫ ſanguinē donec ſpōte eius amputetur effuſio exire. Et de hac vena dicebat Auicen. quarta pmi. De ſeylen vero dicūt ꝙ que dextra eſt doloribus epatis confert: ⁊ que ſiniſtra eſt doloribus ſplenis: ⁊ ꝙ ſanguis fluere dimittatur donec per ſe ſtringatur: vtebatur autem Auicen. hoc verbo dicunt: quia huius rei cauſa reddi non poteſt: ſed in hoc experientie inſiſtendum eſt: que rationē vincit ſaltem apparentem: quod totū de ſaluatella ⁊ non de ſeylen propter ſumpta audiēdum eſt. Aliter enim vt iſti dicunt in ſermonibus Auicen. eſſet contradictio.

¶ Sed pace eorum: etiam ſi Gentilis de ſic interpretantibus eſſet: non loquuntur enim ad mentem Auicenne: qui quarta primi aperte loquebatur de ſeylen et de aſellari tanꝙ̄ de diſtinctis venis cum dicebat. Et ſeylen quidem flobothomia melior eſt illa que fit in longitudine: aſellaris vero iudicium eſt: ſicut iudicium baſilice. Et hi quidem tales propter nominū multiplicitatem inciderunt in baratrum confuſionis.

¶ Et hanc quidem venam euidentius nobis manifeſtabat Moyſes corduben. iz°. particula afforiſmorum dicens. Cū egrotauerit ſplen minue venam: que eſt inter medium ⁊ minimum manus ſiniſtre: ⁊ id quod intēdis euacuare nō euacues ſubito: ſꝫ inter dies duos. Galienꝰ in flobothomia. hec Moyſes.

Iuuamentum huius vene .ſ. aſellaris ꝓprio nomīe appellate ⁊ diſtincte a ſaluatella eſt in eductione ſanguinis a ſplene ⁊ ab epate ⁊ ab alijs partibus vmbilico proximis. Cuius iudicium eſt ſicut iudiciū baſilice: cuius ipſa eſt ramus inter anularem ⁊ minimum digitos inuētus: ita vt flobothomia aſellaris dextre confert precipue in egritudinibus epatis: ſiniſtre vero in his que ſunt ſplenis.

¶ Et ex his apparet differētia inter ſaluatellam ſiue ſeylen: que flobothomatur inter medium ⁊ anularem digitos in doloribus epatis ⁊ ſplenis ſecundū latus dextrū ⁊ ſiniſtrum: cuius ortus eſt a vena nigra coniuncta baſilice in curuatura brachij. Et inter aſellarem proprie dictam que flobothomatur inter anularē ⁊ minimum digitū: in morbis etiā epatis ⁊ ſplenis ſecundū dextrū ⁊ ſiniſtrū: cuius origo eſt a baſilica: cuiꝰ ipſa eſt ramus.

¶ Sunt preter eas etiam alie vene: que lꝫ raro flobothomentur in manu: aliquando tamen poſſunt incidi: ſicut ille que ſunt in dorſo parue manus .ſ. dextre aut ſiniſtre: quas quidam iam flobothomauerunt loco vene nigre nō ſe manifeſtantis in curuatura brachij. Et cōtulit.

¶ Harum itaqꝫ omnium venarum hec eſt ſumma: a gibbo ſiquidem epatis oritur vena que bifurcatur in duas partes: quarum vna deſcendit ⁊ alia aſcendit perforans dyaphragma: que aſcendit iterum bifurcatur: cuius ramus vnus ad partem dextram porrigitur: ⁊ alius ad ſiniſtram: et illorum quilibet iterum bifurcatur: et pars eius que aſcendit vocatur cephalica a qua eſt origo ve-

narum guideç. Alia vero pars deſcendit: que quidem ante ꝗ̃ deſcendat vocatur baſilica: a qua orit̃ vena alia que tendit ⁊ peruenit ad inter digitum paruum ⁊ anularem: ⁊ iſte ramus vocatur aſellaris proprio nomine. Alius vero ramus terminatur ad inter digitum mediũ ⁊ anularem: ⁊ vocatur ramus iſte ſaluatella ſiue ſeylen. Funis autem brachij imediate oritur a cephalica. Ramus autem qui eſt inter pollicem ⁊ indicẽ oritur ab ambabus in curuatura coniunctis.i.a vena nigra imediate: ⁊ ꝓpterea hec vena virtute cephalice euacuat a capite.

❡ Iuuamentum preterea flobotomie ramorum venarũ aliquando maior eſt flobotomia magnarum venarum: quas truncos dicunt ſiue radices. Tum quia melius cõſolidantur rami: Tuʒ etiam qꝛ eductio ſanguinis nõ fit tanta: Tum etiam quia valet quando vene magne eẽnt ſepulte: aut occultate: Tum etiam quando volumus diuertere: Lʒ in intentione eductionis ſanguinis maioris iuuantior fit flobotomia venarum magnarum ꝗ̃ ramorum.

TEXTVS

❡ Oſtenſio proceſſus artariarũ brachij ⁊ manus.

Natura coniugationem venarum pulſatiliuʒ que ad manus euat nõ nudã: neqꝫ ſuperficietenus: ſed vt poſſibile eſt maxime profundaʒ occultans adduxit. dicebat Galie.16.de vtil.parti. caplo.xi. In aſcellis quidem vbi diuiduntur primo ad adiacentes muſculos deſuper ab inferius fortes: ſciſſionibus quideʒ apponens ſicut aliquam firmationẽ. ipſis autem vaſis ab extra apponẽs velut indumẽtum quoddam ⁊ premiſſoriuʒ eo modo quo in bubonibus.i. in inguinibus: ita per extrinſecas partes vlne.i. adiutorij ad muſculos diſtribuit vniuerſos. Ab inde autem rurſus fallaciter per interiores partes ⁊ medias articulationis que eſt ſm̃ cubitũ ad brachiũ ducens: vbi diſſeminauit nullius oblita muſculi.

❡ Una itaqꝫ partium artarie aorti aſcendentis diuiſe iterum in tres partes vltra partes duas: que etiam maiores ſunt: et ſunt artarie ſomni: quas nominauimus in anathomia venarum guideç ſecundũ tertiam illius partem ſubdiuiditur in tres partes: quarum pars ad pectorale ⁊ coſtas pectoris primas defertur. quedam autẽ ad ſuperiores colli ſpõdiles: ⁊ loca que furculas ſequuntur donec ad ſcapule caput attingant. Et poſtea exinde venit in adiutorij muſculos occultos: dicebat Raſis. ⁊ ad manifeſtos comite vena aſcelle. Ita ꝙ ſpargitur in eis manens occulta donec perueniat ad cubitũ: naʒ in multis corporibus in cubito pulſans inuenit̃: auctore Alberto. deſcendit autem: ⁊ alarum emittitur partes: dicebat Halyabbas: ⁊ producitur ab ea ramus qui cuʒ vena alari baſilica dicta procedit: ⁊ in manum iuxta illius diuiditur partitiones. producunturqꝫ ab ea ramuli paruuli in lacertos exteriores brachij ⁊ iteriores. vaditqꝫ occulta ſic: vt cum ad cubitum peruenerit pateat: ⁊ cum vena alari baſilica vocata perambulet. dehinc etiã in profundum mergitur. ⁊ particule ab ea producuntur: que in cubiti lacertos diſtribuuntur.

❡ Secunda autem illius pars in duas diſtribuitur partes: quarum altera ⁊ maior ad raſetam porrigitur deſuper cubitum.i. focilem decurrẽs ſuperiorẽ: ⁊ hec eſt quã ſentiunt medici vena in morbis indicandis. Altera aũt deſuper in inferiorem cubitum.i. focilem ad raſetã pergens producitur: diuiduntur qꝫ ambe in lacertos palme: in quibus etiam nonnũꝗ̃ in exterioribus apparent palme. Et hinc euenit ꝙ pulſus aliquando inuenitur in interioribus brachij: quandoqꝫ in exterioribus. Secunda autem aſcendentis vene pulſatilis pars incipit per trãſuerſum in ſiniſtre ale partem: ⁊ diuiditur in mẽbra que in ſiniſtro ſunt latere diuiſione vene de qua dictuʒ eſt.ſ. artarie lateris dextri.

ADDITIO

Inciſio artarie dicitur artarietomia: ſicut vene inciſio dicta eſt flobotomia. Artarias eni venas antiqui nominabant: dicebat Galie. in libello flobotomie: ⁊ nobis.i. a nobis alibi demonſtratum eſt: ⁊ ante nos alijs in confeſſione deductuʒ eſt. propter hoc igitur ⁊ adhuc propter familiaritatem doctrine ⁊ breuitatem ſermonis melius viſum eſt mihi non ſcribere alium librum: ſubdebat Galie. de artarietomia: ſed flobotomie copulare ſermonem. Artariarum autem vt generatim ſit dicere flobotomãtur precipue que ex eis parue ⁊ ſubtiles ſunt: nõ ſolum que in temporibus ⁊ poſt aures: imo que etiam in manu ſunt. que auteʒ ſunt in brachio: quia magne ſunt: non flobotomari preceptum eſt. Fluxus nãqꝫ ſanguinis ex artarijs magnis eſt difficilis timoroſus valde: ſicut ex artarijs magnis que ſunt ſuper man⁹ ⁊ pedes ⁊ huiuſmodi. interficit enim ſecundum plurimuʒ: ⁊ non ſiſtitur: auctore Auicen. In quibuſdam tamen alijs hic fluxus artarie facilis eſt: ſicut in artarijs cranei. retẽtio nãqꝫ fluxus ſanguinis in eis eſt facilis: ⁊ ſufficit carũ conſtrictio ſola. pleruſqꝫ etiam fluit ſanguis ex artarijs paruis: ⁊ ſiſtitur per ſe. Subtiles tamen artariarum minus etiã flobotomari conſuetum eſt ꝗ̃ venas: Tum terrore eius ꝙ in artarijs exiſtit ſanguis.ſ. artarialis ſubtilioris ⁊ ſpirituoſi: Tum etiam timore fluxus ſanguinis: ⁊ inciſionis harum artariaruʒ minor diſpoſitio eſt ꝙ ex ea prouenit auẽriſma: ⁊ hoc precipue cum fiſura fuerit vehementer anguſta: ⁊ dicitur mater ſanguinis: ⁊ eſt ſolutio continuitatis accidens artarie cum non clauditur ⁊ effunditur ſanguis in circuitu artarie cũ eleuatiõe aliqua: ⁊ quando premitur ſanguis regreditur in artariaʒ. Et hec quidem paſſio cõmuniter accidit cũ flobotomator errat: percutiens artariam pro vena: ⁊ conſolidatur cutis ſuperpoſita artarie. artaris autem non. ſic eniʒ notificat hanc paſſionem Galien⁹ in libro de notitia tumorum preter naturam: lʒ ſint qui matreʒ ſanguinis appellent generaliter omnẽ exitum ſanguinis ab artarijs nõ naturalem quomodocũqꝫ fuerit.

Iuuat flobotomia artarie cũ fuerit ſecuritas ꝙ ex ea non fluat ſanguis ſuperfluus in egritudinibus proprijs: propter quas flobotomatur: Maius tamen iuuamentum quod prouenit ex artarietomia non eſt: niſi quando in membro vicino ſibi male ſunt egritudines: quarum cauſa eſt ſanguis ſubtilis calidus: nam cum flobotomatur artaria que eſt illi proxima in qua non erit timor: maximuʒ ei affert iuuamentum: Ut autem alias artarias omittamus: artarie manus que flobotomantur: auctore Auicẽna eſt illa que eſt inter policem et indicem dextre manus. Cuius iuuamentum in antiquis doloribus epatis et dyaphragmatis eſt mirabile. Et Galienus quideʒ iam hoc vidit in ſomnijs. Monitus enim a quibuſdam ſomnijs duob⁹ mihi factis: dicebat ipſe in libello de flobotomia eam que ſecundum indicem et magnum digitum artariam dextre manus: iuſſiqꝫ fluere quouſqꝫ vtiqꝫ ſponte ceſſaret ſanguis. precipiente itaqꝫ ſomnio: fluxit. igitur hoc quidem mihi accidit iuueni exiſtenti etate. ⁊ famulus quidam in Pergamo dei adiutorio a lateris dolore liberat⁹ eſt per artarietomiã in extremo manus factã ex ſõnio ad hãc deueniẽs ipſe. ꝑcipiebat.n.Ga.

homini facere huius artarie flobotomiaꝫ cauſa doloris quē in epate habebat.qui cum eam accepit ſanus eſt factus. Et ſunt qui dicant ꝙ artaria hec eſt ramus artarie cōmunis que eſt in brachio reſpiciētis dyaphragmatis partes ⁊ epatis. Iuuat autē plurimū huius artarie inciſio cum dolores illoꝝ membroꝝ fuerint antiqui valde indicantes malam complexionem eſſe multum fixam: ratione cuius fixionis opus eſt plurimū ſanguinem ebullientem euacuare qualis eſt ſanguis artarialis. Id vero omne audiendum eſt in mala complexione epatis colericante.i.materiam colericam generante omni fere die innouata:non tamen permanente:ſic vt ſanguis ingroſſetur ⁊ inſpiſſetur:nam vbi ſic fieret non conueniret artarie minutio cuꝫ illa euacuet rem ſubtileꝫ non groſſaꝫ. In doloribus autem nouis non pendentibus a mala cōplexione fixa magis cōueniret flobotomia vel ſaluatelle:vel aſcellaris ꝓprio nomine dicte partis dextre q̃ artarie. Plerūqꝫ tamen flobotomatur alia artaria in manu: que ad interiorem partem palme declinat: auctore Auicenna:q̃ artaria predicta:Cuius iuuamentuꝫ eſt ſimile iuuamento illius.

Que autē flobotomia magis cōferat in febrib⁹ putridis an artariarum an venaruꝫ ſimplr tenendū eſt ꝙ ea que venarū:Tuꝫ q꞉ in flobotomia artariarū traheretur materia putrida de venis ad artarias:⁊ ita de ignobiliori mēbro ad nobilius:⁊ ad mēbrū cordi magis correſpōdens:Tuꝫ etiā q꞉ materia putreſcens febrē faciens magis ꝯſiſtit in venis q̃ in artarijs.quare melius etiā educitur per iciſionē venaꝝ:Tum etiā q꞉ de cuſtodia virtutis habenda eſt ſollicitudo quoad fieri pōt:magis auteꝫ cuſtoditur virtus inciſiōe vene qua nō fit tanta ſpirituū eductio q̃ artarie ꝓpter cauſam oppoſitam.

Fiat autē tam venaꝝ q̃ artariarū iciſio hora electa ſi fieri pōt.ſ.in lumine diei:ſicut precipit Auicen.Tum q꞉ ſanguis verſus exteriora tunc mouetur:ad que flobotomia trahit ipſum:Tuꝫ etiā q꞉ vena euidentius ſe oſtendit flobotomatori: Tū etiā q꞉ aer corpus ſubingrediēs loco ſanguinis educti ſerenus ⁊ ſubtilis eſt aiam exhilarans:⁊ poſt digeſtionis complementū:ne.ſ.cibus trahat̄ īdigeſtus ad venas loco ſanguinis per flobotomiā educti:⁊ poſt ſuperfluitatū expulſionē:Tum ne vene inanite ſugant ab his aliquid ſordidū:Tuꝫ etiā ne feces ex nimia ſuctiōe ſue ſuccoſitatis īdurētur quaſi lapides:⁊ vix expelli poſſint:Aut fiat hora neceſſaria.ſ. hora qua fieri ipſam opꝫ ad euitandū maius iconueniēs.ſ. mortis: aut aggrauationis patientis:lꝫ ſit aliqd illa hora idicans de non fiēda.Et fiat hora que tardari nō debꝫ:neqꝫ differri ratione cuiuſcūqꝫ contrarij idicantis.⁊ illa hora qua res prohibitoria non attendit̄.i.non tāti fit vt merito eius: quāuis ipa pro tunc indicet nō eſſe flobotomādū: flobotomis dimittat̄: vt gratia exēpli.ſi fuerit eſtas: vel infirmus ſenex:vel regio nimiū calida.vel ſtante diſſuetudine egri ad flobotomiā.Et poſt quidē flobotomiā nō dormiendū eſſe preceptū eſt.ſ.ſtatim. lꝫ ſomnus tribus: aut quatuor horis poſt ipſam ſit cōueniens.ſ.poſtq̃ ceſſauerit ſanguinis motus perfecte:imo Galie.9.de igenio ſanitatis quendā patientē ſinochā poſt flobotomiaꝫ vſqꝫ ad defectioneꝫ iuſſit quieſcere ⁊ dormire poſt duas horas. In flobotomijs itaqꝫ magnis que virtutē proſternūt ſōnus min⁹ differri debꝫ q̃ in flobotomijs moderatis hominū ſanoruꝫ fortiū:in quib⁹ preſtat ſomnū differre vſqꝫ ad horā noctis:que vniuerſalr ſomnuꝫ ſuadet: in qua etiā ſomnus factus nō ita agitatiuus eſt ſanguinis ⁊ ſpiritus:ſicut factus in die:neqꝫ ꝯfractioneꝫ efficit in membris exterioribus:cuꝫ iam tota die munita virtus manſerit calore vitali.cautius etiā tenetur ligata vena in vigilia q̃ in ſomno:⁊ regulariter cibatio precedat ſomnuꝫ poſt flobotomiā.Cauſa autē propter quā ſomnus ꝓhibetur ſtatim poſt flobotomiam:q꞉ ex eo frequēter ⁊ plurimum accidit confractio in mēbris ac ſi baculo percuſſa fuiſſent.⁊ hoc:Tū vel quia flobotomia neruoſas partes extrinſecas ſanguine ⁊ ſpiritu depauperauit: et ſomnus iterum reuocans ipſos amplius ea depauperat.dominatur ergo ſuperfluitas iſtoꝝ membroꝝ calori inato: ſicut cōtingit etiā in tipis febriū:quare ſentiūt ſe cōfracta facta excitatione a ſomno:non tamē in oībus equalr:quia plus in frigidis:vel in quibus abūdāt humores frigidi: Uel hoc euenit: quia flobotomia hūores trahit vna cū ſpiritibus ad exteriora.vnde ſomnus cito ſuperueniens ſtatim hos retrahit ad interiora durāte adhuc ipetu motus flobotomie:ſicqꝫ mēbra motu agitatiuo grauant̄: q̄re in diſpoſitis corporibus ad hoc ſentitur confractio in membris:lꝫ agitatio talis potius ducat ad eſtuationē q̃ ad cōfractionē: ſicut cōtingit in ſomno meridiano inter prandiū ⁊ cenā:Tum etiā q꞉ ꝓpter motū ſupfluitatum qui fit in ſomno ad iteriora econtrario ei qui accidit ex flobotomia.q̄re nō eſt dormiendū donec ſedet̄ agitatio illa eueniens in ſanguie ex flobotomia:⁊ reſolute ſint ſuperfluitates: Tuꝫ etiā q꞉ ex tali dormitione timetur ne motione egri facta in ſomno ſoluat̄ ligatura vene ⁊ aperiat̄:⁊ ex inde ſanguis ſuperflue fluat. TEXTVS

Anathomia neruorum brachij.

SUnt nerui q̄tuor ad ſingula brachia iſignes a nucha ſpōdiliuꝫ colli deſcendentes.vnus quidē poſterius:⁊ alter anterius:alter ſuperius:alius iferius: quorum diſtributio ⁊ proceſſus ⁊ iuuamentuꝫ ita percipiantur.diuiſi enī ſunt per totuꝫ vel per ſe trāſeuntes per ꝓfundū brachij:vel mixti cuꝫ muſculis chordis: ⁊ ligamentis ſenſum ⁊ motū deferentes brachij ptib⁹.

Sunt preterea in brachio chorde ⁊ ligamenta: quoruꝫ fiet oſtenſio poſt anathomiam muſculorum et oſſium brachij. TEXTVS

Anathomia partis brachij totius infra ſpatulam ⁊ ſupra cubitum.

SUbſtantia hui⁹ partis eſt carnoſa et oſſoſa:qđ tamē in preſenti eſt oſtendendū de ea eſt pars oſſoſa ei⁹:naꝫ carnoſa pars illius ſunt muſculi brachiuꝫ mouentes.ſ.flectentes ⁊ extendentes ſecundū iuncturaꝫ cubiti:de quibus in anathomia partis illi⁹ fiet declaratio. Locauit auteꝫ natura hos muſculos ſuper os adiutorij melius eniꝫ erat cooperire illud os egens tegmine quodam ⁊ protectione non aduerſus frigus ſoluꝫ ⁊ eſtū: ſed nihilominus ad durorum corporum approximationes. Manifeſtum ⁊ hoc puto exiſtere:dicebat Galien⁹.2.de vtili.parti.caplo.14.non enim erat ſufficiens cutis ſola abſqꝫ carnibus vlli horum obſiſtere. Egens igitur vlna .i.adiutorium cooperiri vndiqꝫ carnibus.ac etiam muſculos qui debent mouere brachium in ſeipſo locatos de neceſſitate habere.non ſeorſum quidem carnes ocioſas: ſeorſum autem muſculos:ſed in his carnes acquiſiuit.

Iuuat auteꝫ hec pars brachij in eo ꝙ ipſa eſt apprehenſionis organum: auctore Galieno. 12.de vtili.particularum.cap.4. TEXTVS

Anathomia oſſis brachij ſupra cubitum exiſtentis qđ dicitur adiutorium.

OS iſtud appellabat Ariſto.lacertū agilem. Halyabbas vō brachiū. Galie.vlnā:⁊ quia ipſa eſt pars aliarū partiuꝫ brachij in qua robur conſiſtit: ideo dicta eſt adiutoriū:eo ꝙ virtute ſua omne operationū

adiutoriuz ꝯſiſtit: auctore Alber. Et ex h apparet huius oſſis iuuamētū. eſt .n. nomē iuuamēti ſui ſignificatiuū.

**Subſtātia** quidē ipſius eſt groſſa. Groſſities autē illi⁹ facta eſt: Tuz vt ipm ſit forte: Tū etiā vt circa ipſum muſculi poſſent ſaluari. Ideo aūt forte fuit creatū: quia plurima ſecū mediate ⁊ imediate colligata habz confortare ⁊ ſuſtentare. Fuit tamē groſſius formatū in extremitate qua tendit ad cubitū: ſicut maleolus: auctore Alberto.

**Quātitate** quidē eſt magnuz. Magnitudo autē illius fuit ad portandū cubitum ⁊ palmam .i. manuz intermediam ⁊ extremam: auctore Halyabbate: ac etiam quia lacertus cubitum mouens ⁊ palmam ſuper hec poſitus eſt.

**Figura** fuit creatū os rotundū: dicebāt Halyabb. ⁊ Auicē. vt a nocumētoꝝ receptiōe magis foret remotū: ⁊ fuit ꝯcauuz: in cui⁹ cōcauitate eſt medulla. Fuit aūt concauū vt eſſet leue. ſui autē leuitate factū fuit magis obediēs motui muſculoꝝ mouētiū ipſuz. Et factū fuit adiutoriū curuū: Tū ꝑpter multitudinez neruoꝝ: ⁊ magnitudinez muſculi ſui: q oēs melius in curuo ꝙ in recto abſcondunt: ⁊ firmius locātur: Tuz etiā quia per hanc figurā melius tuetur ſe a nocumentis. Superior ꝑterea extremitas adiutorij facta fuit gibboſa: vt intret concauitatē ſpatule cū iunctura laxa nō valde firma. hz ꝑterea adiutoriū ex parte qua tendit ad cubitū duas figuras. Una qdē ſuperi⁹ eſt plana ac ſi ſit per trāſuerſum abſciſum ⁊ bene planatū. īferius autē hz ſimilē moduz: niſi qꝛ eſt in illo plano fouea parua ⁊ cōcaua: quoꝝ oīum iuuamēta aſſignabuntur. A parte quoqꝫ domeſtica .i. interiori creatū fuit conicū: ſiue ſimū. a ſilueſtri autē .i. exteriori gibboſum: dicebāt Auic. ⁊ Halyab. Tū vt ꝑpter hoc affirmet .i. tute ſituetur illud qd debito ordie aptat ſuper ipm ex muſculis ⁊ neruis ⁊ venis. hi eni oēs min⁹ exponunt nocumētis poſiti in parte īteriori occultati ꝙ in parte exteriori eminētes conuexa: Tuz etiā vt hō cō modi⁹ amplectat: qd vult amplecti. Ex īteriori .n. vtriuſqꝫ adiutorioꝝ concauitate figura brachioꝝ ſimul applicatoruz fit veluti circularis circūquaqꝫ ambiēs ample xata: ⁊ plus ꝯtinens ambitu ſuo ꝙ ꝯtineret quecūqꝫ alia figura: Tuz etiā vt manus vna habilius ad aliaz perueniat iclināte eā ad hoc curuatura adiutorij itrinſeca.

ADDITIO

**Galienus** quoqꝫ .z. de vti. par. ca. i4. eaſdē cauſas ordine retrogrado reddebat: ꝑpter quas adiutoriū exterius creatū fuit gibboſum: ⁊ iterius concauū. his verbis. Os igitur vlne rationabilr: in extrinſecis quidē partib⁹ gibbū eſt: in itrinſecis autē ſimū. Melius eteni fuit vt a ꝑncipio dictū eſt: ad ſeinuicē cōiungi manus. Si aūt ſic eſt cōcaua quidē oſſiū ſeiuicez aſpicere meli⁹ fuit: ⁊ auertere a ſe gibboſitates: Moꝝ autē huius ꝯſtructionis ad apprehēdendū conuexa corpora fecit vlnas magis ydoneas preparādo cuz hoc locū vaſis que ad totas manus ferunt .ſ. venis ⁊ artarijs. Hoc etiā idē dicebat Halyab. vt eni celet venas: artarias: ⁊ neruos per ipſum trāſeuntes ad cubitū conatio lateris h⁹ oſſis fcā fuit .i. ſimitas.

**Numero** autē vnicum fuit os adiutorij: cui⁹ edificatio ex vnico tn̄ oſſe facta eſt: qm̄ eius cōtinuatio in ſcapula in vna tn̄ eſt diſgregatōe .i. iunctura: auctore Halyabb. vnuz etiā ideo creatū fuit: ne virt⁹ eius diuiſa in plures nexus debilitaret ipm. vt igit eſſet fortius: Tuz etiaz qꝛ in eo non eſt neceſſaria magna partium diuerſitas: niſi apud extrema illi⁹ que groſſa ſunt ⁊ ſolida gratia fortitudinis iuncturaꝝ: ⁊ ipſius mediuz qd eſt minus groſſum: ⁊ intra concauū vt ſit leuius. vnicuz fuit creatū os adiutorij: Tuz etiā qꝛ non fuit neceſſaria adiutorio ſpecierū motuū multiplicitas vltra illā quaz habz ex laxitate ſuarū iuncturaꝝ: Tum etiā qꝛ non fuit opus vt inter partes eius aliquid occultet: vel per ipſas tranſeat eas perforando.

**Colligantiā** vo ⁊ ſituz adiutorij quantū ad extremū eius ſuperius: docebat Halyabbas. in extremitate nāqꝫ que ad ſcapulā ꝑuenit augmentuz rotundū intrat in foueaz que in vltimo eſt colli ſpatule: ⁊ ꝑ hoc ꝯficit diſgregatio .i. iunctura oſſis ſpatule: quā oſtēdemus paulo poſt. qualr autez alia hui⁹ oſſis extremitas ſituetur ⁊ colligetur in anathomia cubiti notum fiet.

TEXTVS

¶ Anathomia iuncture humeri cum adiutorio.

**AD cōpoſitionē** huius iūcture cōcurrunt duo oſſa ꝑncipalr: os. vz. ſpatule concauitatē habens: ⁊ os vlne caput habens rotundū igrediēs dictā concauitatē. Ad cuius quidē compoſitionez firmandā concurrit etiā os furcule cuz oſſe ſimili roſtro corui. hec eni duo oſſa ſūt veluti ſuffragiū exhibētia huic iuncture. habz nāqꝫ adiutoriū in parte ſuperiori nodū bone quātitatis: ac ſi ſit tornatilis: quia quibuſdā hucella vocatur. ꝓprie autē vocatur vertebꝝ: eo ꝙ in eo conuertitur in nexu iuncture ſue: ⁊ iuxta nodū eſt aliqd curuitatis quaſi deuiet ad vnā partē aliquantuluz: ⁊ in parte a qua deuiat eſt additamentū aliquod: ⁊ nodus qdez intrat in pixidē ſpatule: ⁊ illi fortiſſime colligat. Id aūt a quo diuertit alligatur oſſi humeri fortiſſimo ligamento. Fuit autē hec iunctura creata laxa: nō valde firma: ⁊ laxitatis cauſa huic iuncture etiā ſepe ⁊ faciliter accidit diſlocatio: plurimū tamē doloroſa: cōparatione. vz. ad alias iūcturas. Nam diſlocatio adiutorij cuz ſpatula nō fit niſi raro: ⁊ a magnis cauſis violētis ⁊ inſuetis: ſicut in torturis tormentoꝝ: quibus frequēter coguntur neduz nocentes ꝯfiteri qd veꝝ eſt: imo inocentes etiā qd nūꝙ ꝯmiſerūt. Propter qd expediret eos qui ita ꝓmpti ſunt ad torquendos hoīes in torturis aliquando periculū feciſſe tanti cruciatus: vt adimpleretur qd ſcriptū eſt: Nō eſt preficiendus: niſi qui nouit ſubeſſe. ꝑfecto non adeo crudeliter contra alios miſeros inſeuirent. Similr non euenit hec diſlocatio niſi in grauib⁹ caſibus: aut percuſſionibus impetuoſis diſlocationi reſiſtētibus ipſi⁹. his tribus cauſis quas ex Galo paulo poſt aſſignabim⁹: ſed reſpectu aliaruz iuncturaruz ſepe accidit hec diſlocatio ex cauſis: quas diximus. Pendet vo facilitas ⁊ frequentia diſlocationis adiutorij: precipue a tribus cauſis: Tū a perfecta rotunditate capitis adiutorij. qd enim rotundum eſt ⁊ lene facilius labitur: ⁊ reſilit ꝙ aſperū interſecatum: Tum etiā a pauca profunditate extremitatis ſpatule illud caput adiutorij ſuſcipiente: ⁊ a paruitate marginum eius: Tum etiā a laxitate membranaruz circūtegentiū iuncturā eius: quas membranas natura fecit ſufficienter tenues et molles faciliter ad plurimū extendi potētes: nō cartilaginoſas neqꝫ groſſas: neqꝫ omnino duras: auctore Galie. z. de vtil. par. ca. i5.

ADDITIO

**Neqꝫ tamē** redarguenda eſt ſapiens natura de negligentia in muuitōe ⁊ cuſtodia iuncture huius: eſto ꝙ illius diſlocatio plurimū ſit doloroſa: ⁊ deformēs totius brachij motū vehementer impediens. non eni fuit id nature negligētis: ſed potius vt laxa eſſet ⁊ īfirma eligentis: vt ſufficiens eſſet multis ⁊ diuerſis motibus. Dicebat eni Galie. i3. de vti. par. cap. iz. In articulo qui ſecūdū humeruz non ſoluz extendere ⁊ flectere: ſed vbiqꝫ circumducere circulariter decet vlnam. ideſt adiutorium brachij. Et ideo caput eius circūferentiale eſt: et colligationes laxe: et concauitas colli

omoplate:ſupina etiā vndiqꝫ ſimilis cōſimilr capiti vl-
ne.Cur itaqꝫ caput vlne factū eſt circūferentiale: ⁊ con-
cauitas omoplate ſuperficialis ſimul ⁊ ſupina cā eſt ma-
nifeſta ſiquis dictoꝝ in ꝑmis tractatibus memoretur.
Multis enī ſimul ⁊ diuerſis motibus tota manus ꝑpa-
rata:caput quidez vlne idigebat circūferētiale habere.
ipſam autē ſubmiſſam ei concauitatē:neqꝫ profundā ſuf
ficienter.i.nimis:neqꝫ in margines magnos deſinentē.
Si eni clauſus eſſet parua cōcauitate vlne articulus.cō-
ſtrict⁹ autē in circuitu magnis marginib⁹ nequaq̄ꝫ vbi-
qꝫ circūferri poſſet facilr:neqꝫ cēt et magna īfallacie vti
litas. Natura nāqꝫ in creatione mēbroꝝ ad duo ꝑncipa-
liter ītendit:vt.ſ. ydonea ſint ad ꝓprios actus:qꝛ actuuꝫ
gratia producta ſunt:vtqꝫ ſint vix paſſibilia quoad fieri
pōt:cuꝫ aūt nō eſt poſſibile vt ea ambo conſequat̄.eligit
ydoneitatē ⁊ motuū multiplicitatē potius q̄ꝫ vix paſſibi
litatē:ꝑcipue nō iminēte magno periculo in motuū mul-
tiplicitate:ſicut in iunctura adiutorij cū ſpatula. Junctu
ra aūt adiutorij cuꝫ ſpatula lꝫ ex parte ſue ꝯſtrictiōis ſit
diſlocatiōi apta ſemꝑ in vebemētib⁹ motib⁹. Aliūde tn̄
nā ꝓuidit ꝓhibendo eaꝫ ab icurſu diſlocatiōis aſſidue:
Tuꝫ ꝑ tria ligamēta fortia caput adiutorij cū collo.i.ex-
tremitate omoplate copulātia:⁊ ꝑ q̄rtū ligam̄tū latū:qō
vndiqꝫ iuncturā ei⁹ circuit:Tuꝫ ēt ꝑ duas explātatiōes
oſſoſas oriētes ab extremitate ſpatule: Tū ēt ꝑ magnos
muſculos appoſitos ei binc ⁊ binc. Periclitat̄ enim.i.in
periculo eſt paulo min⁹ exarticulatū.i.diſlocatū fieri ca
put vlne ſemper:ceu ſuꝑ ita parua concauitate allatum:
dicebat Gal. vbi ſupra. vt excidēs ei⁹ plīma pars ide fir-
mata pēdeat.qualr autē nō excidit ſemꝑ in vebemētib⁹
motib⁹.q̄ꝫtū.n.in rōne ꝑdicte ꝯſtructiōis oportebat boc
oino ei ieſſe:Miraberis rurſus:⁊ bic de arte nāe ſi vide
ris īfallacie igeniationes. Tres.n.colligatiōes fortes os
vlne collo omoplate copulāt. ⁊ adbuc cōis oium articu-
loꝝ circūferentialis.due vō apopbyſes.i. explātationes
curue omoplate cuſtodiūt eū: ex alterutra parte eaꝝ ſūt
muſculi maximi ſtringētes. Ducaſqꝫ additio.

**Juuamēta** aūt laxitatis iūcture adiutorij cū ſpa
tula fuerūt:tū neceſſitas.ſ.facilitatis
motuū adiutorij ad oēs ꝑtes: Tum ēt ſecuritas coadiu-
uās ad laxitatē dicte iūcture:nā lꝫ necīum ſit adiutorio
vt multiplr moueat̄ ad ꝑtes diuerſas. mot⁹ tn̄ ipſi⁹ non
ſunt mlti:neqꝫ tāto tꝑe durātes vt timeat̄ ex illis ruptu-
ra ligamentoꝝ dicte iuncture:⁊ diſlocatio adiutorij:qn-
imo adiutoriū ſepe qetū ꝑmanet alijs ꝑtib⁹ manus ma-
gne ſepe:⁊ multū motis: ⁊ ꝓpter h̄ alie iūcture facte ſūt
firmiores q̄ꝫ iunctura adiutorij cuꝫ ſpatula: ⁊ inde eſt ꝙ
adiutoriū facillime diſlocat̄ a iūctura ſua:ſic docēte Ga.
iz.de vti.ꝑ.ca.4.cū ait.Et ꝓpterea magis oib⁹ articulis
occupat̄ excidētijs is ꝗ ſm bumeꝝ: nō ignorāte h̄ nā: ſꝫ
vt dcm̄ eſt multotiēs iā ante:qꝛ repugnat ꝯſtructiōis in-
fallacitas multiformitati motus: qō vtili⁹ eſt alterutri
articuloꝝ eligēte:Securitas tn̄ hec a ruptura ligamen-
toꝝ adiutorij:⁊ diſlocatiōe ipſi⁹:ꝓpter h̄ ꝙ mot⁹ adiuto
rij nō ſunt multi nec durabiles:nō eſt cā poſitiua laxita-
tis iūcture ei⁹:neqꝫ cōfert aliqd poſitiuū ex illa laxitate
ꝓueniēs:ſꝫ eſt veluti occaſio q̄dā ⁊ ſignū:ad qō īſpiciēs
nā vſa fuit magna diligētia in roborāda iūctura adiuto
rij cū ſpatula:qnimo laxā eā faciens: dicebat.n.Ga. z.de
vti.par.ca.i5.Que vō ſꝫ bumeꝝ eſt articulatio: ceu raro
qdē fortes mot⁹ ꝑpans. vtplimū vō aut oino extris i ocio:
aut abſqꝫ violētia mota:laxā qdē ⁊ ipoꝝ oſſiū bꝫ ꝯpōnē.
adbuc aūt magis mēbranaꝝ que circa ea.

❡ Junctura ꝑterea adiutorij cū ſpatula q̄tuor amplectit̄
ligamēta:quoꝝ ꝑmū auctore Aui.eſt latū pāniculare cir
cūdās dictā iuncturā.ſic.n.⁊ oēs alie iūcture ꝓpo pāni-
culo circūdātur:⁊ bui⁹ ligamēti origo eſt ex labijs ꝯcaui-
tatis ſpatule:⁊ totū ꝑtrāſit in circuitu articuli ſiue iūctu
re adiutorij ⁊ ſpatule.Et iplantat̄ ad ꝑn᷑ capitis adiuto-
rij.Sic.n.docebat Ga.iz.de vti.par.cap.iz. bis verbis.

ADDITIO

**Ampla igitur** colligatio que mēbranoſa oib⁹
articulis exiſtit.explātat̄ qdez ex labijs ꝯcauitatis que
eſt in omoplata.Tota autē percurrēs in circuitu articu-
loꝝ ad principiū iplantatur capitis vlne.

❡ Duo āt alia ligamēta ex dictis q̄tuor deſcēdūt.ſ. naſcū-
tur ex additamēto oſſoſo ſilī roſtro corui: dicebat Auic.
q̄ꝝ ꝑmuꝫ ex bis duob⁹ extremitatē bꝫ extēſam ad īſtar
pāniculi:⁊ circūdat extremitatē adiutorij. z^m vō ex bis
eſt mai⁹ ⁊ duri⁹ deſcēdens pariter cū ligam̄to q̄rto.in cō
cauitatē ꝑparatā eis ābob⁹.⁊ h̄ qdē ligamētū q̄rtum ēt
ortuꝫ bꝫ ab additam̄to roſtrali:ſic̄ z^m ⁊ 3^m. Et figura qdē
hoꝝ duoꝝ ligam̄toꝝ ad latitudinē trabit ſꝫ Auic.⁊ ꝓpe
q̄ꝫ tāgūt adiutoriū.Solēt āt duo vltīa ligamenta occul-
tarij ſub adiutorio: ⁊ ꝯtinuari muſculis q ſunt extenſi in
parte ipſi⁹ iteriore.Gal.tn̄ in anatbōia iſtoꝝ triū vltimo
rum ligamētoꝝ nō ꝯuenit cū Auic.Tū in figura: cuꝫ di-
cat vbi ſupra. Aliaꝝ vō triū due qdē certitudinalr ſunt
rotunde:ſic̄ nerui.ampla vō paꝝ tertia:Tū ēt in loco ori
ginis eoꝝ.Dicit.n.ibidē Ga.explātat̄ aūt ꝑma qdē ex fi
ne anchoriformis apophiſeos.i.explātationis. Scda vō
q̄ eſt maior iſta ex collo omoplate ſm illaꝫ maxime par-
teꝫ vbi ſuꝑiacētis ei ꝯcauitatis ciliū ē altiſſimū. Reliq̄
vō tertia.ex eadē qdē cū ſcda regiōe explātatur.

❡ Hoꝝ ꝑterea ligam̄toꝝ q̄tuor qō bꝫ ꝯcauitatē ſibi pre-
paratā: ⁊ ſui magnitudini corrńdētē eſt tertium:auctore
Ga.ibidē:in ſuꝑiori.ſ.⁊ inferiori ꝑte capitis adiutorij.ſic
eni docebat Ga.vbi.ſ̄.bis v̄bis. Huic igit̄ caput brachij
aſcēſuꝫ īfallacē ꝑbet: tn̄ magnā in ſuꝑiorib⁹ ⁊ anteriorib⁹
ꝑtib⁹ būtē ꝯcauitatē deſcēſiue iciſioni ample ſiliem: q̄n-
tū magna ē ipſa colligatio.⁊ hāc ꝯcauitatē vocabat Aui.
ꝑ^a ꝑmi.concauitatē. Ligamētū āt vltimoꝝ triū ſm Ga. ex
eadē regiōe ſubimplātat̄:q̄ z^m boꝝ:⁊ iplātat̄ ad ꝑ^m ꝑn^m
capitis adiutorij:ſic ꝑmū amplū ligamentū circūtegens
totū articulū.⁊ eſt aliq̄lr ps ligamēti illius. dicebat n̄a-
qꝫ Gal.ibidē. Reliq̄ vō tertia .ſ.colligatio ex eadē qdeꝫ
cū ſcda regiōe explātat̄ .Obliq̄ vō ei ſubexplātata īplan
tat̄ ⁊ ipſa ad ꝑ^m ꝑn^m capitis vlne ſilr ample.q̄ totū in cir-
cuitu ꝯꝑbēdit articulū.eſt.n.aliq̄liter pars illius.

❡ Qualis autem ſit diſpoſitio iuncture adiutorij cuꝫ cu-
bito oſtēdemus in anatbomia cubiti.

**Paſſiones** adiutorio euenientes ſunt ſic̄ fractura
q̄n̄qꝫ vſqꝫ ad medullā illi⁹ attingēs.
Aliq̄n vō nō.qualr aūt cōtingat ipſum exarticulari ſiue
diſlocari oſtēſum eſt in anatbōia ſpatule. TEXTVS

❡ Anatbomia muſculoꝝ mouentiū adiutoriū ſiue vlnā
.i.iuncturā eius cum ſpatula.

**Hi muſculi** nō ſunt poſiti ſuper adiu
toriū ipꝫ.nō ꝗ in adiuto-
rio ſunt flectunt ⁊ extēdunt brachiū:neqꝫ ď-
ſeruiūt motui iuncture adiutorij cū ſpatula:
ſꝫ muſculi mot⁹ adiutorij ſunt illi de qb⁹ eſt
preſens oſtēſio.quos numero.iz. aſſignabat
Halyabb.in dextris.vꝫ.⁊ in ſiniſtris: Lꝫ Ga.eos aſſigna
uerit.iz.numerato quodā muſculo magno duplo ꝓ duo-
bus:⁊ bicipiti pro duobus: ſicut oſtēdem⁹ de itentiōe il-
lius paulo poſt.Auic.aūt immiſcēs eos qui mouēt ſpatulā
cuꝫ bis que mouēt adiutoriuꝫ: aſſignabat eos nūero.3z.
quoꝝ diſtinctio ſumēda eſt penes motus quos ipſi ope-
rantur:auctore Galie.iz.de vtil.particulaꝝ.cap.i3. nam
quidaꝫ eoruꝫ ſuperius ducunt adiutorium: Alij īferius:
Alij ante:Alij retro:Alij circulariter. Jmplātantur nāqꝫ

ipſorum muſculoꝝ fines oſſi vlne: qdam qdem ſuperius
tēdentes collū. i. partē extremā. quidā aūt īferius vellē/
tes: ducētes vo alij ad pectus. qdam autē eoꝝ circinalr
cōuertentes: Dicebat Gal. ibidē. Nos aūt muſculos mo/
uentes adiutoriū Gal. enumerās. pmo aſſignabat illuȝ q
circa mamillā oriens ducit adiutoriuȝ ad pectus vſus i/
feriora dicens. Ad pectus ergo circūducit muſculus qui
ex ea que ſm mamillaȝ regione prodit moderatus ma-
gnitudine. Mox āt ⁊ ſubtꝰ velut imus verſus iferiorem
partē qſcibilr: vt fit imioris adductiōis cā: ⁊ ꝯtinuat̄ hic
muſculus cū anteriori adiutorij. ſ. vſus añriorē ptē mar
ginis cartilagioſe ꝯcauitatis oſſis ſpatule recipiētis hu/
cellā adiutorij: cū declinauerit adiutoriū ad imū: ⁊ dſcē/
derit: dicebat Auic. 13°. de aialibꝰ. ⁊ pᵃ pmi. Mouet autē
hic muſculus cōiter adiutoriū ⁊ os ſpatule: ſȝ adiutoriū
pncipalr: ⁊ os ſpatule ex ꝯñti. 2°. aſſignabat Ga. muſculū
illū q oriēs ex altis pectoris ptibꝰ pdiēs alte adductōis
eſt cā. i. adiutoriū ſupiꝰ ducit ad pectꝰ: ⁊ parū p educēdo
eleuat. Quē āt ſm Aui. 14. de aialibꝰ. hic muſculus ſup
anchar. i. ſup foueā q̄ ē in medio oſſiū furcule: vbi came
lus cū lācea iterficit: q locꝰ anchar dictꝰ eſt ab Aui. pᵃ pri
mi. doct. 5ᵃ. ſūma pᵃ. ca. 16. Corrupte āt legūt q dicunt ſup
alchara. q eſt locꝰ vbi eſt clipeū oris ſtōaci. ſic āt pcēdit
hic muſculus vſus adiutoriū qd puenit ad coopiēdū ptē
domeſticā. i. iteriorē capitis adiutorij: auctore Aui. pᵃ p/
mi. Applicat āt hic muſculus adiutoriū ad pectꝰ cū ipul/
ſione. ſ. pauca ad ſupiꝰ. 3° aſſignabat Ga. aliū vltra hos
tertiū muſculū q binatꝰ dr: vel duo coadunati. vtroq; n.
mō de eis licȝ veꝝ dicere. Explātāt̄ qdeȝ ex toto oſſe: qd
eſt ſm pectꝰ. adducūt āt ad pectꝰ os vlne totū egrepens
. i. eq̄lr trahēs qñ totꝰ opat̄ ſine eleuatiōe ⁊ depſſione qñ
ābo tēdunt̄: ſi vo alter eoꝝ opet̄: ſolus ſi qdē q ex iferio/
ribꝰ ptibꝰ pectoris pdit imā opat̄ adductionē. Si vo al/
ter altiorē. nō āt ita altā: ſic ſcḋs dictoꝝ: neq; itātū imā
ſic pmꝰ. i. ſupior ps hꝰ dupli muſculi nō tm̄ eleuat adiuto
riuȝ qd adducit ad pectꝰ: ſic muſculus ortꝰ a ſupmo tho/
racis: ⁊ iferior eiꝰ ps nō tātū depmit dcm̄ adiutoriuȝ: q̄/
tuȝ depmit muſculus oriēs de ſub mamilla. applicat̄ āt
⁊ ꝯtinuat̄ hic muſculus cū ifima pte anteriori adiutorij:
auctore Auicē. ⁊ hic qdē orit̄ a toto aſchara. ſ. clipeo oris
ſtōaci: ⁊ ꝯtinuat̄ cū iferiori añrioris adiutorij: ⁊ qñ opa/
bit̄ cū ſuis filis ſupioribꝰ trahet adiutoriū ad pectꝰ extol
lēs ipȝ vſus mētū: ſȝ ſi cū alia pte fuerit opatꝰ trahet ipȝ
iferiꝰ: aut cū ābabꝰ extēdet̄ ſȝ rectū: dicebat Auic. 14. de
aialibꝰ. ca. 5. ¶ 4° aſſignabat Ga. ibidē muſculos duos:
q̄ꝝ paruꝰ exñs de ppe mamillā venit: ⁊ adiutoriū añtiꝰ
ad iferiora ducit. ⁊ alter eſt biceps dicēs. Succeditq; in
ꝯtio dictoꝝ q̄tuor muſculoꝝ puꝰ: q a regiōibꝰ q̄ ſecꝰ mā
millā ſurſuȝ ferē. Altiſſime vo alia portio muſculi: q ſm
epimidā q claui. i. ſȝ ptē q̄ eſt in extrēitatibꝰ hūeri i pnᵒ
adiutorij furcule applicat̄. ex extriſecl āt applicatꝰ dorſo
omoplate i imioribꝰ eiꝰ ptibꝰ. duo āt hȝ capita muſculus
iſte adiutorij motiuꝰ: ⁊ due opatōes ppe. ſ. ſingl'a ſingulo
capiti: ⁊ vna opaꝰ cōis ābobꝰ capitibꝰ ipſiꝰ: auctore Auic.
pᵃ pmi. ⁊. 14. de aialibꝰ. Procedit āt hic muſculus a col/
lo trāſiēs ſub furcula degluties caput adiutorij: ⁊ puenit
vſq; ad locū vbi cū adiutorio ꝯtinat̄ chorda magni muſ
culi lati aſcēdentis a pectore: ⁊ hic erat muſculus ille ter
tius quē binatū: vl duos coadunatos noiabat Ga. ⁊ Aui.
cū notificabat p eē magnū ⁊ duplicē ortū a toto thorace.
De h āt muſculo qdā dixerūt. de q̄ꝝ nūero fuit Gal. ſic
paulo pꝰ oñdemꝰ ipȝ hr̄e vnū ſuoꝝ capitū iteriꝰ dclinās
adiutoriū ad iteriora cū modica trāſuerſiōe. aliḋ exteriꝰ
ſupra partē ſpatule eminētē apḋ ptēȝ iferiorē: ⁊ h caput
hꝰ muſculi dclinat adiutoriū ad exteriora cū trāſuerſio/
ne pauca: ⁊ qñ opat̄ muſculus iſte cum vtroq; ſuo capite
eleuat̄ ab eo adiutoriū ſm rectitudinem.

¶ Aſſignabat āt ēt Ga. huic muſclo duo capita ⁊ iuuamē
ta triplicia: ſiue opatiōes triplices. 13°. de vti. p. ca. 13. his
vbis. Duo. n. hȝ capita muſculus iſte. ex extriſecis qdeȝ
ptibꝰ epimide claui applicans. ex extriſecis āt applicatꝰ
dorſo omoplate in imioribꝰ eiꝰ ptibꝰ: ſic diximus: ſȝ opa/
tio qdē hꝰ ſoluꝰ cū extēdit̄ ad regionē q̄ ex retēdit vlnaȝ
. i. adiutoriū paꝝ a media: ⁊ certitudlalr recta retēſione
declinās vſus latꝰ. Alteriꝰ vo q vſus clauē puenit ad in/
trinſecā regionē ſilr iclinat. Tēſis āt ābobꝰ eq̄potēter re
ctā certitudialr ⁊ mediā retēſionē accipit vlna. i. adiuto
riū nuſq̄ declinās. qd āt p ep. midā. qdq; p clauē audiē/
dū ſit diximꝰ paulo añ. Et ex his vbis Ga. appȝ q̄lr ipe pu
tauerit caput vnū hꝰ muſcli iteriꝰ dcliare. aliḋ vo exteriꝰ.

¶ 5° Gal. aſſignabat duos alios muſculos motiuos adiu/
torij poſitos in dorſo ſpatule: q muſculū quē diximꝰ hici
pitē iuuāt ad tēdendū adiutoriuȝ. de qbꝰ dicebat. ſūt ēt
alij duo muſculi ex alterutra parte dorſi. q in omoplate
ſimilē predicto actum habent. Si eni ſimul tenduntur
adiuuāt certitudinaliter aliā vlnam ſeorſum in vno al/
teruter modicum declinabit.

¶ 6° aſſignabat Ga. aliū muſculuȝ: cuiꝰ origo eſt ex plima
pte coſte iferioris ſpatule: q adducit adiutoriuȝ ad exte/
riora: ⁊ opponit̄ illis muſculis q ducunt adiutoriū ante/
rius: ⁊ ſupiꝰ. de q̄ dicebat. Octauꝰ vo alius vltra pdictos
pdiēs muſculus ex plurima parte in omoplate coſte ad
extrinſecā regionē adducit collū oppoſitus eis q ſm pe
ctus ſunt qui adductiōis alte erāt conditores.

¶ 7° aſſignabat muſculuȝ pcedentē ex iferiori fine coſte
iferioris ſpatule: q plimū ad ex̄ ducit adiutoriū. his ver/
bis. Duo vo ꝯñter his muſculoꝝ motꝰ ſunt circūuerten/
tes vlnā vſus eā q̄ extra ⁊ iferiꝰ regionē: ſȝ vtplimuȝ qdē
adducit vſus ex̄ q ex iferiori fine pdit pᶜ coſte q̄ in omo/
plata. Dubiū tm̄ eſt nūqd Ga. p hunc itelligat muſculuȝ:
quē aſſignabat in ſexto ordine: vel alium.

¶ 8° aſſignabat Ga. muſculū ꝯphendentē totā ptē ꝯcauā
ſpatule. q minꝰ ex̄ ducit adiutoriū q̄ pdictꝰ muſculus: ſȝ
plimuȝ circūuertit ipm iferius his vbis. Alius vo ſymā
. i. concauā eius partē totā cōprehēdens. minus qdē: plu/
rimuȝ vo iferius circūduxit vlnam.

¶ 9° muſculū aliuȝ trahentē iferiꝰ adiutoriū: ⁊ ad exterio
ra cuȝ dicebat. Reliquꝰ vo aliꝰ qdē muſculus eſt trahēs
iferiꝰ vlnā cū ea que ad id qd retro latiōe: cui pdictꝰ muſ
culus paruꝰ ſuccedit ideclinabiles operās lationes vlne
vſus iferiꝰ. Ubi aduertendū eſt nām ad extēſiōem adiu
torij deſup ordinaſſe muſculū bicipitē: ⁊ alios duos ipiꝰ
coadiutores: ſȝ motū oppoſitū adiutorij ad iferiora ꝯmiſ
ſit vnico paruo muſculo. ſufficiēter. n. habuit de h nā di
ligentiā: q̄uis minimꝰ eſſet oium: dicebat Ga. pꝑter ma
nus rectionē nālē ad iferiora. fortis eni virtutis eſt ſup/
tēdere tā magnū. deorſum vo tēdi pōt oē ēt corpus aiali
actu: qr. ſ. ſola grauitate: quocirca ⁊ admirari dignuȝ eſt
de nā. Gratia ſubtertēſionis qdē colli epimide muſculū
fortē ⁊ binatū ꝯſtruente: ⁊ duos alios ex alterutra. ſ. par/
te dorſi: qd in omoplata vnū. vni vo puo muſculo oppo/
ſituȝ eis motuȝ cōmiſit. Et lȝ hic paruꝰ muſculus paſſim
ſolus ſit ſufficiēs adiutoriuȝ iferius ducere. cooperante
ad h grauitate nāli adiutorij. Coadiuuat̄ tm̄ a qbuſdam
in motibꝰ fortibus ad iferiora. dicebat eni Gal. ibidem.
adiuuāt aūt hunc vtplurimū ⁊ imi eoꝝ q a pectore ceu
⁊ binatā determiatione hñtes eoꝝ. Coadiuuat āt aliqñ
is q ab iferioribꝰ partibꝰ metaphreni. i. dorſi. Tēſis eniȝ
ſilr q̄tuor ad reliqs actꝰ ſpōdiliū manꝰ trahit̄ iſerius vio/
lenter. Ubi aūt nullꝰ actus vehementis eſt opus paruꝰ
muſculus ſufficit ſolus. q aūt circūuertunt articulos mu
ſculi i oibꝰ articulatōibꝰ ipſi ſūt robuſti ⁊ tenōtes. i. chor

das bebētes neruoſiſſimas: q̄n violentiſſimū motuum eſt iſte multiplex ſm virtutē ex̄ris ſimplex. Magn⁹ aūt fact⁹ fuit muſculus adiutorij oriēs ab iferiorib⁹ ptib⁹ dorſi: q2 ei⁹ nō ſolū erat trahere iferi⁹ adiutorium: ſ3 ēt retro circūuertere ipm: ⁊ deorſum trahere totū os ſpatule. ſic eni docebat Ga. vbi ſupra. bis vbis. ADDITIO

**Fortaſſis** āt videbit̄ tibi oblitā fuiſſe iuſtitie nō3 iſpiciēti muſculū q ab iferiorib⁹ ptibus metaphreni ſurſū fert̄. nō. n. oportebat ip3 fieri magnū: cū deorſu3 trahere dēberet vlnā: ⁊ ɔueniēter iculpabilis ſi B ſolū opata eſt. vex̄ āt q2 vltra B duos alios mot⁹ pꝛebet aiali circūuertens retro vlnā. vellens autē deorſum totā omoplatā: nō vtiq3 ɔuenienter iculpabis.

¶ Ultra muſculos dictos mouētes adiutoriu3 qdā addiderūt illis puū quēdā aliū muſculū a mām̄illa veniētē: ⁊ aliū q in iūctura ſpatule ē ſepult⁹: ⁊ fortaſſis aſſerūt iſti ꝙ muſculi cubiti. i. cubitū mouētes cu3 eis hn̄t cōitate3: auctore Aui. de B tn̄ puo muſculo dicebat Ga. vbi. ſ. Succedit āt imiſſimo qdē pdictox̄ q̄tuor muſclox̄ pu⁹ muſculus q a regiōib⁹ q̄ ſec⁹ mām̄illā ſurſu3 fert̄. ⁊ h⁹ opatio eſt adiutoriū trahere ad iferiora: ⁊ alteri⁹ opatio forte ē tenere rectā ⁊ firmā ſpatule iuncturā. TEXTUS

¶ Anathōia cubiti: cui⁹ os acutū: ſup qd̄ recūbim⁹ ancon grece appellatu3 ē: auctore Ruffo. pichys vō os qd̄ ſubijcit̄ anconi. Cercis āt qd̄ ſupponit̄. vn̄ Gal. i itroductorio medicox̄. cubitu3 vocat vbi curuat̄ tota man⁹. ſ. magna: cui⁹ exterior ps coronū ſiue coclearius noiat̄.

**Cubiti** nomē multiplex eſt. aliqn̄ qde3 ſumit̄ iproprie ſatis p tota pte oſſoſa a loco ɔiūctiōis adiutorij cū iferiorib⁹ oſſibus brachij: q̄ vſq3 ad manū puā excluſiue pcēdit̄: ſic ſumebat Halyab. a q̄ qdē pte ſumit̄ cubit⁹ cōiter: qn̄ accipit̄ p mēſura: q̄ eſt q̄titas duox̄ palmox̄: Audiēdo palmū geometrice p latitudie vole ſiue pectinis man⁹ ad ſūmū extēſe cu3 digitis ſuis. tāta. n. eſt cubiti iſto mō accepti longitudo q̄ta duox̄ palmox̄ ita auditox̄: q̄ cōiter ēt dr̄ vlna. Iux̄ illō Uirgilij. Tris pateat celi ſpatiū nō āplius vlnas. L3 nō ſ3 medicos: nam Gal. vlnā p adiutorio ſumebat: ipſe āt hāc ptē quā cubitū Halyab. vocabat brachiū appellabat. ⁊ ē ps illa q̄ mēſurāt hoīes: dicebat ipſe in li⁹. itroduc⁹. medicox̄. Sumit̄ ēt cubit⁹ p vna explātationū. ſ. poſteriore extrēitatis ſuperioris focilis iferioris ipſi⁹ brachij: ſola accepta: ⁊ q̄ eſt maior. Sic. n. eā vocare Hypp^{ras} teſtat̄ Ga. z. d̄ vti. p. ca. iz. Sumit̄ ēt cubit⁹ ppe p additamto: ſiue explātatiōe oſſoſa oriēte ex poſteriorib⁹ ⁊ iferiorib⁹ ptib⁹ ſupioris extremitatis focilis iferioris: ⁊ ē os ſup q̄ recūbim⁹. Aliqn̄ āt ſumit̄ cubit⁹ magis ppe p loco vbi copulāt̄ oſſa brachij ifra adiutoriū cū ipſo adiutorio in directo. ſ. illi⁹ explātatiōis: quā dixim⁹. Et eſt ps vbi curuat̄ tota manus magna. Et hec pculdubio ē ppa cubiti ſignificatio. cui⁹ nomē ē alicui⁹ ſue opatiōis ſigniatiuū: nā cū in ea pte dcens fiat flexura brachij: Dict⁹ ē cubit⁹: q2 ſup eū iacēāt: ſiue accūbāt: vl̄ recūbāt hoīes: q̄ ps ab Ar. giber dicta ē pmo de hyſtorijs. Cubitus aūt a Gal. vbi ſupra. ⁊ ipſa eſt pars in q̄ curuat̄ tota manus.

**Suba** cui⁹ nō eſt vna: ſ3 articulatiōe3 pluriū oſſiu3 denotat: iūicē in iūctura ɔnexox̄ cutē ɔnotādo coopientē muſclox̄ chordas: neruos: artarias: venas pāniculos: ⁊ cartilagines ⁊ ligamta circūiacentia. ⁊ hec eſt iūctura laxa. min⁹ tn̄ eſt laxa q̄ ea que eſt ſ3 humex̄: auctore Ga. z. de vti. p. ca. i5. Ex qb⁹ apparet cubiti ɔpoſitio: ɔplexio: q̄titas ⁊ figura: q̄ duo in cubito diſponunt̄ diſpōne oſſiū ei⁹: apparēt ēt ſit⁹ ⁊ colligātia illi⁹. Componunt̄. n. ex iunctura focilis inferioris: ⁊ focilis ſupioris cū extremitate iferiori adiutorij: duo nāq3 additamēta fuerunt ɔtinata ⁊ ɔpoſita ſup extremitatē iferiorē adiutorij. ⁊ hec qdē duo additamēta nō ſunt niſi explātationes q̄dā oſſoſe egrediētes ab extremitate adiutorij inferioris vē exn̄tes ptes ipſi⁹ adiutorij. ⁊ iō dicunt̄ ɔtiuata: nō qde3 iter ſe: ſ3 cu3 ipſo adiutorio: ⁊ ɔpoſita q̄ſi ſil̄ poſita eq̄lr ſup ipſi⁹ extremu3. vnū in iteriori ipſi⁹ pte. Et B additamētū qd̄ Halyab. granatū anteri⁹ mutato nomie cubit⁹ dr̄. Aliud vō in exteriori: ⁊ tale additamtu3 ē ɔfoſſatū: auctore Aui. i4. de aialib⁹. ⁊ itrat illā ɔcauitate3 os cubiti: ſic dicem⁹. ⁊ hec qdē duo additamta: q̄ ⁊ duo granata dicunt̄ qn̄ cubit⁹ extendit̄ i duas itrāt ɔcauitates. ⁊ hox̄ qde3 additamtox̄ declināſ ad iteriora eſt lōgi⁹: ⁊ ſubtili⁹ altero: ⁊ cu3 nullo alio oſſe eſt iuncturalr ɔpoſitū in nullo deſeruiēs: niſi q2 ē cuſtodia ⁊ defenſio neruox̄ ⁊ venax̄. q̄ ibi ſunt. Cubiti āt iunctura ɔplet̄ cū alio additamento declināte ad exteriora p bucellā q̄ eſt in eo: ſic oñdem⁹. Inter hec āt duo additamēta eſt pculdubio ɔcauitas q̄dā lenis ⁊ rotūda: ⁊ eſt ſilis ɔcauitati exn̄ti in rota ſup quā mouet̄ chorda q̄ attrahit aquam ex puteo. In duab⁹ āt extremitatib⁹ nunc dicte ɔcauitatis due ſūt ɔcauitates: q̄x̄ vna eſt ſupi⁹ declinans ad añriora. altera eſt iferi⁹ ad poſteriora tēdēs. Cōcauitas vō ſuplor domeſtica ſiue iterior ex iſtis fcā eſt veluti plana: neq3 exiſtit ſup eā pfūditas. Cōcauitas vō ſilueſtris. ſ. iferior declināſ ad poſteriora eſt maior ſupiori domeſtica. ⁊ illō qd̄ tendit ad finē ſilueſtris ɔcauitatis nō eſt factū leue: nec pforatio ei⁹ eſt rotūda. ſ3 ſe h3 ſic paries vl̄ mur⁹ rect⁹: vt cu3 additamtū focilis iferioris mouet̄ in hac ɔcauitate ad ptē ſilueſtrē: ⁊ puenit ad eā: ſiſtat ⁊ retineat̄ ibidē hoc additamtū. Et has duas ɔcauitates vocabat Hyppo. limites: dicebat Aui. Iuuamēta āt hax̄ ɔcauitatu3 oñdemus paulo poſt. ADDITIO

**Hec duo** additamta extrēitatis iferioris adiutorij: ⁊ ɔcauitatē iter ea poſitā: q̄ Halyabb. duo granata appellabat in hūc modu3 aſſignabat Ga. z. de vti. p. cap. iz. Is aūt finis q vlne B mō ſm obliq̄s ptes capitis epiphiſim. i. explātationē h3. hāc qdē itra. hāc qde3 extra: inter q̄s ɔcauitas q̄dā eſt lenis ⁊ rotūda: circa quā brachij mouent̄ corone. ¶ Ampli⁹ ēt idē Ga. z. de iuua. mbrox̄. ca. finali dicebat. Creatio vō adiutorij in iſto lōco. ſ. in extremitate iferiori ē ſm ꝙ narrabo. ⁊ eſt: q2 in duob⁹ lateribus capitis ei⁹ ſunt duo oſſa applicata: q̄x̄ alter̄ eſt i domeſtico: alter̄ in ſilueſtri. Et qd̄ iter ea ē ſunt ptes rotūde: plane: lenes: q̄ ſunt ſiles bachara q̄ eſt rota: ſup quam mouet̄ chorda q̄ aquā attrahit de puteo: ſiue rotula iſtrō hauriēdi aquā ſilis: ſic dicebat Raſis: quā ſupioris focilis igredit̄ extrēitas. hec. n. extremitas itrat in marpet: ⁊ h3 ibi ſpōdilē vnū ſile rote: qd̄ in arabico noiat̄ bacha ra: dicebat Auerr. ⁊ in iſto igredit̄: ſubintrat extremitas oſſis noiati in arabico cenad. ſupior. ⁊ ſup iſtā pte3 q̄ vocat̄ bachara circlat̄ id qd̄ ē iter focile iferi⁹: ⁊ focile ſupi⁹

¶ Uacuitates āt exn̄tes in extremitatib⁹ ɔcauitatis paulo añ dicte in hūc modū aſſignabat idē Ga. z. de vti. par. cap. vbi ſ. Ubi aūt ipſa deſinit ſm alterutra. i. ex vtraq3 pte gradus ſūt. Ita. n. Hyp. noiat vlne ɔcauitates: ad q̄s extēdētib⁹ ⁊ flectētibus totas man⁹ ɔdeſcēdunt corone brachij. z⁹. q̄q3 de iuua. mbrox̄. dicebat Gal. Et in duob⁹ terminis iſti⁹ ſunt due fouee: q̄ dicunt̄ ab Hyp. due vie: ⁊ in iſtas duas foueas itrāt duo mala granata: ⁊ circulant̄ in circuitu capiti adiutorij. Et fouea qdē domeſtica ⁊ ſuperior eſt lenis ⁊ q̄ſi plana: ⁊ nō ē in ea diſtictio: ⁊ fouea agreſtis ē maior iter illas: ⁊ qd̄ ē ad ptē domeſtice fouee nō ē planū: neq3 ſua ɔcauitas ē rotūda: ſ3 deſcēdit linealr ⁊ tali mō: vt qn̄ aſſetu3 mouet̄ ad ptē ſilueſtrē: applicat̄ aſſetū: ⁊ ſtat: dicebat Aui. i4. d̄ aialib⁹. Ducuſq3 addi⁹.

¶ Cōpōnē āt iūcture cubiti ex pte oſſiū brachij ifra cubi

tū:que dicunt̄ focilles aſſignabim⁹ ſi prius anathomiā il
loꝝ oſſiū oſtendamus. TEXTVS

Anatho⁹ ptī brachij a iūctura cubiti vſq; ad manū pua.

HAnc partē vt diximus vocabat Ga.bra
chiū:q̄ ꝛ mēſurāt hoīes:di
cebat ipſe in lib°.itroduc°.medicoꝝ.ꝛ vocabat
eā Dalyab.cubitū:nā ab ea pte ſumit̄ cubitus
qui accipit̄ p mēſura q̄ ē q̄titas duoꝝ palmoꝝ

Subſtātia ei⁹ eſt muſculoſa ꝛ oſſoſa. prius tñ de ei⁹
oſſib⁹ fiet oſtēſio.

Juuamēta h⁹ ptis ꝛ paſſiōes ſūt eadē cū iuuamē
tis ſuoꝝ oſſiū:muſcloꝝ ꝛ chordaꝝ.d
qb⁹ erit ſmo. Pluriū.n.ꝛ fortius motuū: ꝛ opeꝝ ad q̄
exigit̄ diligētia ꝛ ſtudiū:ſic ad capiēdū: ꝛ diuerſis iſtrīs
vtēdū:ꝛ ad toti⁹ corpis tutelā ꝛ dfēſionē hec ps parabat̄
iſtrī: āpli⁹ ꝛ vt eēt apphēſiōis organū. TEXTVS

Anathomia focilliū:ſiue harūdinū ꝛ oſſiū brachij ifra
(cubitū:vſq; ad iuncturā man⁹ partie.

HEc oſſa ſibi p lōgitudinē īfra iūcturā cu
biti vſq; ad raſetā ꝯiūcta ab an
tiqs arabib⁹ appellata ſūt aſſeyd:ſeyd:ꝛ aſſetū.
A latinis vō harūdies:q2 lenia ſūt ꝛ ꝯcaua ſilia
harūdinib⁹.dicunt̄ ēt focilia pp eoꝝ mediā vacuitatē ꝛ
leuitatē ad ſilitudinē folliū ꝛ vaginaꝝ. Auct.vō cenad:ꝛ
(Dalyab.cubitum.

Subſtātia qdē aſſeyd ꝯpoſita ē ex duob⁹ oſſib⁹ ſi
bi p lōgitudinē ꝯiūctl.q̄ ābo focilles ſiue focilia nūcupā
tur:q̄ꝝ alteꝝ iferi⁹.ſ.ext̄is vſus ptē ſilueſtrē: qd̄ appella
tū ē focile mai⁹:ſiue brachiū iferi⁹ approbāta a Ga.z°.de
vti.p.ca°.5.Eſt ſuba gſſi⁹ ꝛ q̄titate mai⁹ q̄ ſit aliud ſupi⁹
ext̄is:qd̄ ē ſubtili⁹:ꝛ q̄titate min⁹ appellatū a Gal.vbi ſ.
kerkidas .i.focile: ſiue focilis mior. Fuit āt focile iferi⁹
creatū maius:q2 op⁹ erat ipz dferre ſupiorē:auctore Da
lyab.ꝛ Aui.vt qd̄ defert ſit mai⁹ ꝛ forti⁹ delato:ſtāte ꝯue
niēti ordie reꝝ diſpoſitaꝝ. Ga.tñ.z.d vti.p.cap.iz.attri
buēs lōgi⁹:qd̄ Aui.ꝛ halyab.gſſitiei aſcribūt:iō dicebat.
focile mai⁹ ſbiacere miori:q2 ipz ē lōgi⁹ ꝛ occupat plimā
articlatōis cū adiutorio.his vb.Cur āt ſubiacet brachiū
.i.focile mai⁹.qm̄ ē lōgi⁹:ea.ſ.kerkida vtplimū articula
tiōis q̄ ad vlnā ipz obtinet.rōnabile āt fuit vti breui⁹ os
ſupra lōgius.Fuit aūt focile min⁹ ſupius:eo q nihil por
tat:q̄re fortitudine nō idiguit.

Figura ābo focilia fuerūt creata rotūda: ꝛ aliq̄tu
lū curua:ſic ꝛ adiutoriū pp eaſdē cāſ: cuius
q; tñ fociliū mediū attenuatū ē:dicebat Auic.i.ſubtilia
tū ē.nō.n.idigēt gſſitie pp id qd̄ iacet ſup ipſa de muſcu
lis gſſis:ne.ſ.poccupet̄ loc⁹ ꝯueniēs ipſis muſcul pp oſſi
um gſſitiē.ſi.n.ſil gſſa eēnt focilia cū muſcul eis ſuppoſi
tis ſupexcederēt brachia l gſſi° ꝛ grauitate. ꝛ amitterēt
habilitatē ad motū:q̄ maxīe ē illis necīa.

Duo pterea extrēa āboꝝ fociliū:qd̄.ſ.adiutorio iūgit̄:
ꝛ qd̄ pue manui igroſſata fuerūt: Tū pp necītatē pluriū
ligamētoꝝ:q̄ꝝ ort⁹ dbuit eē ab extrēitatib⁹ illoꝝ:qb⁹ iun
cture eoꝝ firme cuſtodirēt̄:ꝛ a diſlocatiōib⁹ tuerēt̄: Tū
ēt vt forti⁹ vberib⁹ reſiſtāt:ꝛ fortib⁹ pcuſſiōib⁹ accītib⁹
illis freq̄nter:ad q̄ euitāda iſtinctu ēt q̄dā nāli opponūt
hoies brachia ictib⁹ occurrētib⁹: p ſalute toti⁹:ꝛ aliaru
ptiū:ꝛ ad reſiſtēdū ꝯtuſiōib⁹ ꝛ ꝯfricatiōib⁹ accītib⁹ iun
cturis aſſiduis:ꝛ fortib⁹ eaꝝ motib⁹.ꝯfricāt̄.n.ꝛ ꝯtūdun
tur mltū i motu iūcturaꝝ:dicebat Aui.i.4.d alib⁹.ca°.z.
Tū ēt q2 extrēi^tes illoꝝ oſſiū ſūt denudate a carne ꝛ muſ
cul:ne iūcturas aggrauēt:ꝛ mot⁹ ipediāt. ADDITIO

Id oē ēt docebat Ga.z.d vti.p.ca.iz.his vbis.Cur āt
vtroriq; ptes qdē medie ſūt ſubtiliores. que
vō ſm cubitū:ꝛ ſm carpuz.i.raſetā groſſiores:qm̄ opor
tebat has qdē muſculis pbere locū.illas aūt igroſſari in

applātatiōibus.i.applicatiōib⁹ ad oſſa pxima.

Extrēitates tñ āboꝝ fociliū ꝯrio mō diſponūt̄ in gſſi°:
nā extrēitas focil iferioris q̄ ē vſus cubitū:eſt gſſior alte
ra ei⁹ extremitate q̄ ē vſus pua manū. Extrēitas āt focil
ſupioris ꝯrio mō diſpōit̄. Cui⁹ cāz aſſignabat Gal.vbi ſ.
qm̄ qdē cōis ābob⁹ ē q̄ ad carpū articlatio.q̄ vō ad cubi
tū duplex:ſz ea q̄ brachij vtilior l oib⁹ acti b⁹ exiſtis.

Focile pterea ſupi⁹ eſt tortuoſe figure:q̄ſi ſm itētionē
Aui.icipiat ſua tortuoſitas a pte iteriori: ꝛ fiat gibboſitas
ad ptē ſilueſtrē.ita vt dclinet ſua tortuoſitas: ꝛ termiet̄
in pte exteriori. Juuamētū āt h⁹ tortuoſitatis fuit: vt bñ
ꝑpararet̄ ad motū brachij circularē:ſeu giratiuū.i.vt fa
ciat moueri aſſetū in giꝝ:dicebat Aui.i4.d alib⁹. Ga.tñ
vbi.ſ.docebat tortuoſitatē focil ſupioris icipe i pte exte
riori:ꝛ terminari ad ptē iteriorē. Et reddebat cām ibidē.
(his verbis. ADDITIO

Poſitio qdē kerkidis: qm̄ qdē obliq̄ ē iā dcm̄ eſt.
duplici āt exñte in oib⁹ obliq̄ pōne: aui.n.ab itra icipiēs
dſinit extra:ut eꝯ icipit.dſinit āt iter alterā caꝝ.ſ. ſcdaz in
kerkida nā elegit.Cur āt elegit nūc audies. Toti⁹ man⁹
motuū ad latera.ſic dcm̄ ē an.q̄ qdē vſus ſupinū: ita.ſ.vt
iteri⁹ brachij ſit ſurſuz:ꝛ dorſuz ei⁹ deorſuz.ad pauciores
act⁹.g vō vſus pnū.i.pōnē brachij:ad quā magis brachiū
iclinat̄:vt.ſ.ps brachij dorſalis ꝛ exterior vgat ſurſū: ꝛ i
terior deorſū.nā creauit ſupiorē qdē finē ei⁹ vſus extrin
ſecū caput vlne ducēs.iferiorē qdē vſus magnū extēdēs
digitū.ꝛ eꝯ āt ſi ſe hrēt facili⁹ vtriq; vſus ſupinuz q̄ vſus
pnū moueret̄ ſz pōnē. verā.n.q̄ nūc ē pna figat̄ eſt ite
rior.ꝯria āt q̄ ſupina.ad iteri⁹ āt pmptior ꝛ facilior ē oi
bus que mouent̄ latio:ſic que ad extra difficilior. ppte
rea igit̄ obliq̄ eſt kerkida:ꝛ ita obliqua.

Sz pcuſdu°.nō ē diſſonātia iter Gal.niſi i mō ſumēdi
pn^m tortuoſitat l focil ſupioris:ab extrēitate.vz. q̄ ē vſus
adiutoriū.ꝛ Aui^nā accipiētē pn^m eiuſdē tortuoſitatis ab
extremitate ipſi⁹ q̄ ē vſus pollicē. TEXTVS

Numero duo creata fuerūt focilia:cū tñ nō fuerit
creatum niſi vnū os adiutorij: quia plu
rimos ꝛ fortes mot⁹ p ea:ꝛ iūcturas eoꝝ oportebat fieri:
q̄re op⁹ fuit ea:ꝛ eaꝝ iūcturas eē fortes ꝛ firmas:ne i ve
hemētib⁹ motib⁹ facilr exarticulent̄. Nō exñte igit̄ ſuffi
ciēte iūctura vna firma ꝛ forti tot ꝛ tātis motib⁹ plēs fa
cte ſūt iūcture:ꝛ mltiplicata ſūt oſſa.

Situs fociliū i hoīe ē ſenſu ꝯſpicabilis: lz alioꝝ aia
liū alio mō focilia ꝛ iſlexiōes eoꝝ diſponant̄.

Colligātia āt illoꝝ eſt eoꝝ iter ſe articlatio q̄ dr̄
iunctura mulſach. cui⁹.ſ. oſſa i lōgitu
die ſunt ꝯnexa:ſiue coapplicata: que fcā ē gr̄a ifallacie ꝛ
vix paſſibilitat l eoꝝ:auctore Ga.xi.d vti.p. ca.i8. vt.ſ.ſi
nocumētū vni oſſiū ꝯtigerit:nō ſtati alteri cōicet̄ cū adiu
torio l iūctura cubiti:quā iūcturā diximus ꝯſtrui ex ꝯiun
ctiōe focil iferioris ꝛ ſupioris cuz adiutorij pte iferiori.
hz nāq; focile ſupi⁹ ꝯcauitatez igenioſe factā: ſic dicebat
Aui.i extremitate ſua ſupiori:ꝛ illā ꝯcauitatē igredit̄ hu
cella ſilueſtris.i.gibboſitas exterior iferioris extrēitat l
adiutorij:ꝛ alligat̄ cū ea:ꝛ ex circulari motiōe h⁹ gibboſi
tatis:ſiue bucelle adiutorij i ꝯcauitate illi⁹ focil ſupioris
pueni mot⁹ brachij reſupin⁹ giratiu⁹ ſiue circularis. fo
cile āt iferi⁹ duo hz additamēta i extrēitate ſua ſupiore: ꝛ
iter illa duo ē tenuitas figure lr̄e grece:q̄ ē i8ª lr̄a alpha
beti greci: ꝛ ſupficies qdez hui⁹ tenuitatis que eſt in cō
cauitate ipſi⁹ ꝯtorquet̄ vt bñ fiat igreſſus h⁹ tenuitat l in
aliā tenuitatē exñtē in extrēo adiutorij:qd̄ ē ꝯcauū:ſz fi
gura ſue cōcauitatis ſilis ē gibboſitati circuli.

Cōponit̄ āt iunctura cubiti ex bono igreſſu tenuitatis
exñtis iter duo additamēta focilis iferioris i tenuitatez
iferiorē adiutorij:q̄ ēt ē iter ipſi⁹ addi^ta. ADDITIO

**Oſtendit** tñ Gal. z. de vti. p. ca. iz. diſpōnē hꝰ extremitatis focilis īferioris diſtinctiꝰ ꝛ ɔpletius ꝙ Aui. his vbis. Sunt itaqꝫ qdā ꝓductiōes ibi brachij bine. Gibbe qdē ab itra. ɔcaue vō ab ex̄. vna qdē ex poſterioribꝰ ꝛ īferioribus partibꝰ eius q̄ vtiqꝫ eſt maior: Alia vō ex ſupioribꝰ ꝛ añrioribus minor illa paꝝ. Cōuerſis āt adinuicē ɔcauitatibꝰ q̄ ſunt in ipſis: vna magna fit cōcauitas ex ābabꝰ aſſilata. B. lr̄e grece. Et ex ide noiant apophiſes. i. explātatōes has ambas: cōiter qdē coronas ꝛ coronarias: eo ꝙ circū ferētiales ſunt h̄ apponētes nomen: ſeorſuʒ aūt: poſteriorē qdē q̄ maior ē: ſic añ diximꝰ. Athenieſes qdē olecranū. Hyp. aūt cubitū.

¶ Modū aūt iūcture cubiti ꝛ motuū q fiūt ab ea ita docebat Aui. Cū. n. tenuitas ſupioris extremitatis focilis iferioris mouet̄ ad poſteriora: ꝛ iferiꝰ ſup tenuitatē iferioris extremitatis adiutorij brachiū extēdit̄. Cū vō tenuitas parietalis q̄ eſt in extremitate inferiori adiutorij refrenat tenuitatē focilis īferioris a vacuitate tenente hucellā. i. gibboſitatē retinet eā: ꝛ ꝓhibet ne ſupflue dilatetur. Adiutoriū q̄ ꝛ aſſeyd tūc ſʒ ſe hñt: ita ꝙ totū brachium a ſpatula ad paruā vſqꝫ manū ſe hʒ in rectitudīe: ſicut linea. Et qñ vna dictaꝝ duaꝝ tenuitatū mouet̄ ſupra alterā ad añriora: ꝛ ſupius manꝰ. i. brachiū ɔſtringit̄: quiſqꝫ aſſeyd tāgat adiutoriū iteriꝰ ꝛ añrius. ADDITIO

**Sed Gal.** alio mō huiꝰ iūcture ꝛ motuū ide ꝓuenietiū modū notificabat. z. de vti. par. cap. iz. docebat. n. ibidēʒ iūcturā cubiti fieri ꝑ duas coronas explātatas a focili īferiori ſubintrātes ɔcauitatē rotūdā: lenē expñtē in extremitate adiutorij iter eiꝰ additamēta: que qdē ɔcauitas terminatur ad duas foueas ſiue cōcauitates: q̄ ab Hyp. vocant̄ gradus: vic: ſiue limites: eas tñ coronas Ga. z. de iuua. mebroꝝ. mala granata appellabat: dicebat qꝫ Ga. hi gradus ſiue limites ſunt terminꝰ extēſiōis ꝑfecte: ꝛ flexionis brachij: ꝛ iō tales facti ſunt a nā: ꝛ ita magni: ꝛ talr̄ in extremitate adiutorij ſituati. Cūqꝫ corona anterior eſt dux motꝰ brachij: tūc inferius focile circūducit̄ circa ꝑtē añriorē: ꝛ flectit̄ brachium: eo ꝙ motꝰ focilis īferioris ad intra flexionē brachij opat̄. Cuʒ vō poſterior corona eſt dux motꝰ brachij: ꝛ ad ꝑtē poſteriorē circūducit̄ īferiꝰ focile: tunc extendit̄ brachiū itaniū inqꝫtū corone focilis īferioris ferūtur abſqꝫ īpedimēto v̄ſus gibboſitatē adiutorij: Sicqꝫ añrior corona articulationē ſiue iuncturā cubiti flectit: poſterior vero extēdit. Cūqꝫ corone ꝑuenietes ad gradus firmate fuerint in eis. ꝓhibētur vltra ꝓcedere: ꝛ hic eſt terminꝰ vtriuſqꝫ illaꝝ. ꝙ ſi nō eſſent hi gradus creati: aut maiores creati fuiſſent: aut minores ꝙ nūc ſint: manꝰ in multis eiꝰ actibꝰ īpediret̄. vñ ſi hi gradus oīno nō eēnt: periret extēſio oīs: ꝛ flexio. Si aūt minores eēnt ꝙ ſunt: ꝓhiberet̄ totalis extēſio ꝛ flexio brachij: inqꝫtū citiꝰ decente gradus āticiparēt obuiare coronis. Si vō maiores ꝙ nūc ſint reflecteret̄ brachiū ad poſteriora vltra finalem extēſionē: ſicqꝫ īfirmabil ꝛ laxa exñs corona īferior brachij facilr̄ laberet̄ ad gibboſitatē adiutorij: ꝛ lederetur fortitudo ſiue robur actꝰ: inqꝫtū ꝛ illa ɔcideret. Gradibꝰ aūt ſe hñtibꝰ vt nūc ſe hñt in magnitudine certiorantur extēſio ꝛ flexio: vt nihil ſupabūdet: neqꝫ deficiat. Silis vō eſt figura dictoꝝ graduū coronis ɔ̄betibꝰ eos itrare. ſic aūt dicti gradus in extremitate adiutorij ſunt decentiſſime ɔſtructi: ita corona in extremitate focilis īferioris: dicēte Gaꝰ ibidē. Qm̄ āt ꝛ corone brachij oēs hñ hñt ɔſtructiōeʒ. hic vtiqꝫ maxie hñ diſces ſi cogitaueris breuioribꝰ eis: aut lōgioribus factis: aut obligoribꝰ: aut rectioribꝰ: aut ſtrictioribus: aut amplioribꝰ: aut q̄litercūqꝫ aliter tranſformatis inqꝫtū erit necēium nocere. i. ledere actus totiꝰ manus. Huculqꝫ additio. TEXTVS

**Qualis** aūt ſit diſpō duoꝝ fociliūʒ in extremitate alia v̄ſus iūcturā parue manꝰ in anathōia iūcture manꝰ ꝑue cū extremitate fociliū duoꝝ ad ipſarū terminatorum oſtēdemus.

¶ Sūt ꝑterea ꝑdicta duo focilia ſibiīuicēʒ adeo īſerta: ꝙ eoꝝ minꝰ videt̄ ſubintrare maius: ꝛ in ipʒ īfigi: ita in iūctura cubiti ɔiūgi cū oſſe adiutorij mediātibꝰ fortibꝰ ligamētis. Et ſunt q dicant in ꝑte extremitatis ſupioris focilis maioris eē additamētū: q̄ſi roſtruʒ: qō ſupat: vel ſupegtat iūcturā cubiti ɔfirmās aciē cubiti: ſiue acuitatem ipſiꝰ qñ brachiū ad anteriꝰ plicat̄: Cuiꝰ additamēti vtilitas eſt: Tū vt iuncturā ipſaʒ cubiti defendat ab occurrētibꝰ extrinſecus: Tū ēt vt brachiū ꝓhibeat plicari ad poſteriora: ne motu nimio fatiget̄: ꝛ ſūt q putēt h̄ additamentū eē exteriorē ꝑtē cubiti: quā coroniuʒ: ſiue coclearīū appellabat Ga. in libꝰ itroductorio medicoꝝ.

**Iuuamētū** focilis ſupioris: auctore Aui. eſt vt ꝑ ipm ſit motꝰ aſſeyd: ſiue totiꝰ partis īfra cubitū ad ſe circūuoluēdū vel ꝓne mouēduʒ: ita vt dorſuʒ brachij ſit ſupiꝰ: ꝛ ad ſe reſupinādū: ita vt ps interior brachij fiat ſupior: ꝛ exterior īferior. ſic cū medicus porrigit manū ad capiendū mercedem.

¶ Iuuamētū vō focilis īferioris eſt: vt per ipʒ fiat motꝰ aſſeyd ad ɔſtringēdū ꝛ flectēdū iteriꝰ brachiū: ꝛ extēdēdū v̄ſus exteriꝰ. Nō fiūt autē motꝰ iſti ꝑ duo hec focilia: cū ipſa quidē ſint oſſa habētia virtutē inatā tñ: non aūt motiuā voluntarie de ſe: niſi ratione muſculorū ꝛ chordarum cōiunctorum illis ꝛ ſuis iuncturis.

¶ Sūt ꝑterea in brachio ligamēta plurima q̄ ab oſſibus explātata ꝑ iūcturas trāſeūtia: ꝛ cū chordis īplicita eas tenēt ligatas: quoꝝ īciſio eſt multū damnoſa ꝓpter cām quā in anathomia digitoꝝ in genere adducemus.

¶ Iūgunt̄ aūt: ꝛ ɔnexa ſunt duo focilia brachij in lōgitudine: iūctura quā Aui. vocabat mulſach. i. ɔtiꝰ ɔnexa: ſicut oſidemꝰ liꝰ z. in anathōia iūcture in gñe. TEXTVS

¶ Anathomia muſculoꝝ mouētiū brachiū ſm iūcturas duoꝝ fociliū cū adiutorio: q̄ dicunt̄ iūcture cubiti.

**HOs muſculos** locauit nā ſup os brachij: vt cooperiant ipm egens tegmie qdaʒ: ꝛ ꝓtectiōe non aduerſus frigus ſolū ꝛ eſtū: ſʒ nihilominꝰ ad duroꝝ corpoꝝ approximationes. i. aduerſus occurrētia dura ledētia. nō eni erat ſufficiens cutis ſola abſqꝫ carnibꝰ vlli hoꝝ obſiſtere: auctore Gꝰ z. d. v. ꝑ. c. 14.

¶ Hoꝝ āt muſculoꝝ qdā ɔ̄hūt brachiū mouēdo ad interiora: ꝛ dicūtur cōſtringētes: colligātes ꝛ flectentes ſiue plicātes brachiū iteriꝰ: Alij vō dilatāt ſiue extēdant ad exteriora: q dicti ſūt extēdētes: ſiue expādētes brachiū: ꝛ hi ponūtur ſup adiutoriū. Alij girāt ita vt pars iterior brachij directe v̄ſa ē verſus īferiora. Eſt. n. girare circuire: vl̄ circulariter mouere: ꝛ figura qdē que dat̄ brachio a muſculis iſtis girātibꝰ ipm dr̄ ꝓna. Ideoqꝫ ꝛ qdā hos muſculos dicūt ꝓnales. ꝛ ſic Ga. z. de vti. par. ca. 14. hos muſculos vocabat eos q ad ꝓnā figurationē circūducūt colū. i. brachiū: vel arūdinē eius: ꝛ dicti ſunt ꝓnificātes: qꝛ ita faciūt ſtare brachiū: vt vēter brachij ſurſuʒ tēdat: ꝛ eiꝰ dorſuʒ deorſum: Alij reſupināt brachiuʒ: ita vt pars iterior brachij cōuertat̄ verſus ſuperiora: ꝛ hi poſiti ſunt ſup focilia. Cā aūt diuerſi ſitus iſtoꝝ fuit: vt hec oſſa oīa ſint muſculis coopta: ꝛ vt eoꝝ motꝰ aptiꝰ operētur.

**Situs** muſculoꝝ flectētiū ſiue ɔ̄hentiū brachiū eſt ad itra adiutoriū. i. in ꝑte domeſtica illiꝰ. eorū eni erat ɔ̄here brachiū ad iteriora. extēdētes aūt poſiti ſunt ad extra. i. in ſilueſtri parte eiꝰ debentes ducere brachiūʒ v̄ſus exteriora. duobꝰ nāqꝫ exñtibꝰ motibꝰ brachio extēſiōe ꝛ flexione necēium fuit ad itra qdeʒ flexio-

nis ducere muſculū:ab ex̄ aūt extēſionis locari:dicebat Gal.z.de vti.par.cap.14. Nō tñ ſm rectū ſitū lōgitudi-nis adiutorij muſculos brachiū flectētes locauit nā:ſed ſm trāſuerſuꝫ:ita ꝙ eoꝝ fit interſecatio ad modū.X.fi-gure lr̄e grece:tū vt adiutoriū maiori ambitu coopiant:tū etiā vt ipſi brachiū ꝯtrahentes:ſint ēt duces obliquo rū ⁊ rectoꝝ motuū:obliquoꝝ qdē vnico muſculo agēte: rectoꝝ vō mouētib⁹ ſimul ambob⁹. Ad quoꝝ ꝓbatiōeꝫ Gal.vbi.ſ̄.adducebat duo exꝑimēta dicēs:licet aūt ⁊ h̄ ꝑmū qdē in ſimijs ꝓbare nudando brachiū ⁊ tendētes ꝓductōes:ſicut in anathomicis tractatiōib⁹ dicebam⁹: deinde aūt ⁊ in nobiſmet añ anathomiā: imobiles eniꝫ oēs alias articulatiōes manus cuſtodiēs: ſolam aūt bra chij que ad vlnaꝫ mouens nunꝙ̄ extra predictas regio-nes duces ſummam manum.

Et qñꝙ̄ qdā medicoꝝ.ſ. ignorātiū ꝯſiderās nobiſcuꝫ iuuenē qui inflectēdo brachiū in itrinſecis qdē ꝑtib⁹ lo ci q ſm humerū manū adducere poterat:nō poterat aūt in extrinſecis:nō poterat.ſ.ille medic⁹ oīno dignoſcere: qm̄ muſculi erat hec paſſio:neꝙ̄ ſciebat kerkidis quidē .i.focilis minoris oſſi maiorē:brachij vō.i. focilis maio-ris minoreꝫ muſculū applātari:ſed in medio eoꝝ vtroſ-ꝙ̄ muſculos exiſtimabat ꝑuenire:ſubdebat ēt Gali.illū medicū reprehēdens:qͥliter aūt iſte adinueniet vtilita-tē pōnis eoꝝ:qui neꝙ̄ ipſoꝝ cognoſcebat pōnē. ſi vō po-ſitionē nō ſciebat:māifeſtū qm̄ neꝙ̄ actū.Cōcludēs aūt Gal. modū opandi hoꝝ muſculoꝝ dicebat.Sꝫ muſculi demū duo hi ſꝫ rectitudinē qdē diligēter flectūt vtro-ꝙ̄ tēdēte.Si vō alter eoꝝ qdē agat:alter vō qeſcat parū arctitudine v̄ſus alterā partē ꝯuertēt.vt dcm̄ eſt.

Numero muſculi oēs mouētes brachiū: auctore Auicē.ſunt.16.lꝫ Raſis ⁊ Auerro.mu-ſculos ſup brachiū locatos aſſignauerint.34.

Nūero muſculi cōſtringētes brachiū ſunt duo: vnum vꝫ.par:auctore Aui.ſicut ēt extēdētes:nūero ēt ſūt duo .i.par vnū:duplicauit aūt nā hos muſculos q̄tuor: tū vt nō fieret caro aliq̄ ſupflua.i.otioſa: tū ēt neꝙ̄ incuſtodi-bilis.i.vt adiutoriū p eos melius cuſtodiret: neꝙ̄ nuda relinqueret:tū ēt vt opatio eoꝝ eēt fortior: tū ēt vt leſo vno p aliū fieret opatio:⁊ iō fortiores ſi ⁊ infallaciores motus opata eſt nā duplicās multitudinē muſculoruꝫ: qm̄ igit̃ fortiores ſunt q̄ttuor mouētes ꝙ̄ duo imediate māifeſtū eſt:qm̄ aūt ⁊ hoc ⁊ eſt tuti⁹: nec lōgiori ſmone īdiget:cū.n.duo ꝓ vno alteruter eoꝝ ſit fact⁹. ſi alter pa tiat̃ mouere reliquus ſufficit collum.i. brachiū:dicebat (Gal.z.cap.de vti.p.cap.14.

Quantitate hi oēs q̄ttuor ſup adiutorio exiſtes maiores ſunt ꝙ̄ girātes ⁊ reſupinātes.q ſupponunt̃ foci-lib⁹ brachij maxime his q raſetā ⁊ digitos mouēt: tū qꝛ coopiūt os groſſi⁹.vꝫ.adiutoriū:tū ēt qꝛ p ipos mouent̃ oſſa maiora.vꝫ.focilia.Qualr.n.nā non fuit iuſta ex hoc .ſ.maiores eē eos q in vlna muſculos his q in brachio.il le.n.brachiū.hi aūt carpū.i. raſetā ⁊ digitos mouēt: q̄re q̄ꝫto dīnt magnitudine debētes moueri ꝑticule tanto ⁊ mouētes eas muſculi: ꝓportiōaliter aūt muſculis neceē eſt habere ⁊ moles ſubiacentium eis oſſium.

Quātitate tñ vn⁹ muſculoꝝ flectētiū maior eſt alio q ipꝫ ad iteriora flectit.eſt.n.in nobis maior idigētia mo-tuū itriſecoꝝ aſſidue exercētes brachia ⁊ man⁹ ſꝫ illos. Extēdētiū vō brachiū maior ē q directe eſt oppoſit⁹ ma iori flectētiū:ſic.n.docebat Gal.vbi ſupra his verbis.

ADDITIO

Et muſculoꝝ alteruter h̄ qdē maior: alter vō mior rōnabilr̄ facti ſūt. mltotiēs.n. iā ātea dcm̄ motuū q i māib⁹abūdare itriſecoꝝ:qm̄ q̄ ad alterutras ꝑtes cer titudis alteruter eoꝝ flectet brachiuꝫ rōnabile fuit for tiorē fieri magis eū q int⁹ ꝙ̄ euꝫ q ex̄ mouet. Rōnabile āt fuit ⁊ oppoſitoꝝ eis alteruꝫ alterutri fieri ſileꝫ: qm̄ ſi vtriꝙ̄ qdē maiori intrinſecoꝝ minorē qui extra oppo-ſuiſſet:minori aūt maiorē cōuenienter vtriꝙ̄ in artificio (ſitatem incuſaret.

Iuuamētuꝫ aūt muſculoꝝ ꝯſtringentiū:⁊ eoꝝ originē Auicē.in hūc modū declarabat. Maior muſcu loꝝ ꝯſtringētiū flectit brachiū cū declinatōe ad interio ra:qꝛ ei⁹ origo eſt ab iferiori margie.i.extremitate carti laginis ſpatule ⁊ ab oſſe dicto roſtrū corui:qđ eſt additā mētū oſſoſū ſpatule qđ ſile ē roſtro corui. Et caput hui⁹ muſculi ꝓꝑe affigit̃ vel adheret vnicuiꝙ̄ iſtaꝝ originū ſiue ꝑtiū.vñ orit̃.ſ. iferiori margini ſiue extrēitati carti lagini ſpatule et roſtro corui. Et declinat hic muſculus ad iteriora adiutorij. Et chorda huius muſculi neruoſa exiſtēs cōtinuat̃ cū interiori parte focilis ſupioris.

Alter vō muſculoꝝ ꝯſtringētiū brachiū flectit ipꝫ cū declinatiōe ad exteriora:qꝛ orit̃ a ꝑte poſteriori eminē-ti adiutorij.Et hꝫ duo capita carnoſa vnū in parte poſte riori adiutorij:aliud in anteriori:q̄ duo capita paruꝫ oc-cultant̃ in eoꝝ trāſitu donec ꝑueniāt ad añriorē ꝑtē fo-cilis iferioris.Cū ipo ꝑterea focili vel brachio ꝯtinuatū fuit vnū impar:qđ iclinat ipm̄ trahēs inferi⁹ad exterio ra.ſ.ꝑmus muſculus ꝯhētiū muſculoꝝ q nūc dicti ſunt. Et fuit ēt ꝯtinuatū cū ipo aliud ipar qđ iclinat ipm̄ tra-hēs ſupi⁹ad iteriora.ſ.ſcđus muſculus ꝯhētiū.Et fuerūt hi muſculi ſic brachio cōtinuati vt ſit tractio brachij p eos melior fortior ⁊ ad ples dītias pōnis. Cūꝙ̄ hi duo muſculi ſil̄ opant̃:tractio fit ꝓculdubio p eos ſm recti-tudinē ⁊ ſine declinatione v̄ſus latera. Et muſculus cir-cūdās os adiutorij tegit duos muſculos dilatantes bra-chiū:quoꝝ anathomiā ſtatim oſtēdemus. Et magis ve-riſimile eſt ꝙ iſte muſculus cooperiens illos ſit pars al-terius muſculi ꝯſtringentis brachiuꝫ:illiuſ.vꝫ.quē dixi mus habere duo capita carnoſa.

Iuua^m^ētū ⁊ origo muſculoꝝ dilatātiū h̄ ē.vn⁹.n.iſtoꝝ expādit brachiū cū aliq̄li iclinatōe ad iteriora: qꝛ ſupi⁹ orit̃ ab iteriori ꝑte adiutorij:⁊ ab iferiori latere ſpatle ⁊ ꝯtiuat̃ ſiue iplātat̃ iteriorib⁹ꝑtib⁹cubiti. TEXTVS

Anathōia muſculoꝝ reſupinātiū: ⁊ girantiū brachiū.

Omnes hi muſculi carnoſi facti ſūt ex-cepto vno ex reſupinātib⁹. Nu mero ēt ſūt duo.vꝫ.par vnū reſupinātes bra chiuꝫ muſculi:ſicut ēt duo girātes ipm̄:duo .n.ſunt ad ꝓnum ducētes arūdinē brachij: duo aūt ad ſuppinū ꝯuertūt:dicebat Ga.z.de vti.p.cap. 5.⁊ h̄ eiſdē ō cāiſ q̄s deflectētib⁹ ⁊ ō extēdētib⁹ diximus.

Quātitate vō minores ſunt illis. Lꝫ alter muſcu loꝝ reſupinātiuꝫ oriēs a parte ſupiori adiutorij ſit ſubtilis ⁊ lōgus:auctore Auic.imo longior ceteris muſculis mouētib⁹brachiū:auctore Gal.

Situ poſiti ſūt ⁊ colligari reſupinātes ⁊ girātes muſ-culi oblig ſup duo focilia:ſic flectētes ⁊ extēdē tes ſup adiutorio: vnus tñ duoꝝ muſculoꝝ reſupinātiū poſit⁹ ē in exteriorib⁹ ꝑtib⁹duoꝝ faciliū: auctore Aui. applicaturꝙ̄ focili ſupiori ſine chorda. Alter vō iſtoruꝫ muſculoꝝ quē diximus eē ſubtilē ⁊ lōgū orit̃ a ꝑte ſupio-ri adiutorij v̄ſus ꝑtē illi⁹ eminentē.ſ.v̄ſus cubitū.Et ma ior ꝑs h⁹ muſculi trāſit i aſſeyd qđ ꝯſtructū ē ex duobus focilib⁹ ⁊ penetrat donec appropiquet iuncture raſete:⁊ ꝑueīt vſꝙ̄ ad ꝑtē occultā focilis ſupioris ⁊ cōtinuat̃ cū iſto muſculo chorda pānicularis p quā alligat̃ dcō foci-li.hic.n.ſolus iter dictos 4.^or^ muſculos deſinit i chordā: ꝑꝑ cāꝫ oppoſitā ei: ꝑꝑ quā oēs alij chorda caruerūt quā paulo poſt aſſignabim⁹. Paru⁹ aūt ē hic mēbranoſus te-non:dicebat Gali.vbi.ſ̄. Parua aūt eſt hec pānicularis

chorda oriens ab h z⁹ ex reſupinãtib⁹ brachiũ: Tũ qꝛ ꝑ
hũc muſculũ puí mot⁹ acceptõis exercenť: ꝑ hũc.n.mu-
ſculũ man⁹ reſupinať q̃ſi acceptura aliqd: ſicĩ mercedez
vel elemoſinã:tum ẽt qꝛ muſculus hic lõgioꝛ eſt ceteris
(brachiũ mouẽtib⁹. ADDITIO

**Sic nãqꝫ** docebat Ga.vbi.ſ̃.bis vbis. Qm̃ ãt ve-
rũ ẽ qð dr̃:ꝙ ẜm kerkidã.i.min⁹ focile deſuꝑ appoſit⁹ eſt
oñdit muſculus:cui ſolide 4.ᵘˢ muſculis de qb⁹ eſt pſens
ſmo mẽbranoſus explãtať tenon iplãtat⁹ ex intrinſecis
ptibus kerkidis ꝓpe carpũ.i.raſetã:⁊.n. ſolus puis acce
ptatiõib⁹ debebat mouere eã:⁊ lõgiorẽ nõ ſolũ eis ꝙ mo
uẽt kerkidã:ſꝫ oĩb⁹ aliꝗs ꝙ ẜm brachiũ: ꝑꝑ hoc igiť facti
ſunt q̃ttuoꝛ muſculi hi ⁊ obliq põne: ⁊ oẽs carniformes
excepto nũc dicto quarto.paruiſſimus quidẽ.n. vt dixi
explantať ab eo membranoſus tenon.

℄ Et hos muſculos ꝙ ad ſupinũ adducũt.i.reſupinantes
ex vtiqꝫ oĩno oportebat poni:dicebat Gali. nõ potuerũt
.n.ãbo ſil̃ occultari iter mai⁹ ⁊ min⁹ focile.ſicĩ ãbo giran
tes occultati ſũt iteri⁹ ꝓut oñdem⁹ ſtatiꝫ.tũ qꝛ id qð eſt
añ carpũ.i.ptes exteriores brachij ꝓpe raſetã debuit eẽ
leue ſil̃ ⁊ pauce carnis.tũ ẽt qꝛ op⁹ fuit in loco illo recipi
capita chordaꝝ mouẽtiũ digitos:⁊ puã manuꝫ.eſt.n.lo-
cus ille reſacẽs.i.corrñdẽs oĩuꝫ tenõtũ.i.chordaꝝ: qðqꝫ
mouet extremã manũ duos obliquos muſculoſ nõ erat
poſe recipe:ꝓpterea ꝙ nã de poſſibilib⁹ faciẽs qð meli⁹
vnũ hoꝝ muſculoꝝ totũ faciẽs carnoſum occultauit in
media regiõe brachij.i.in medio dorſi brachij.i.focilis
maioris ⁊ kerkidis.i.focilis mioris:ex brachio qdẽ: ex-
plãtãs aũt ad kerkidã. Alteꝝ aũt extẽdit ſupra min⁹ fo-
cile faciẽs hũc lõgiſſimũ:ſic ꝙ caput ei⁹ ptingit vſqꝫ ad
adiutoriũ:⁊ extremitas ipſi⁹ termiať in puã chordã pan
niculoſam ꝓpe iuncturam raſete: quã Galie.ſibidem ap
pellat membranoſum tenontem.

**Situ** aũt ⁊ colligãtia muſculi girãtes nã poſiti ſũt: ⁊
occltati i iterioꝛib⁹ brachij tãqꝫ i idõeiſſimo lo-
co.tũ ſecuritatis grã:auctore Gal̃.vbi.ſ̃.tũ ẽt vt eẽnt ma
gis elõgati ab extriſecis occurrẽtib⁹. Mõſtratũ.n. ẽ in
pcedẽti tractatu:ſubdebat Gal̃.ꝙ necẽarijſſimos ⁊ vehe
mẽtiſſimos act⁹ man⁹ in hac figuratõe .ſ. prona exercet:
dicebat tñ Aui. hos duos muſculos girãtes eẽ vnũ par
exteri⁹ poſitũ:⁊ vnũ icipit oriẽs a ſupiori pte iteriori ca
pitis adiutorij.ſ.q̃ ẽ vſus cubitũ: nõ aũt vſus ſpatulã. Et
crementū ſuſciperet ſubſtātie ⁊ generatiōis cito diſſolueretur ⁊ debilitaretur. Hic aūt locus eſt in medio ſpermatis veluti in cētro: mouet̄ vo hic ſpūs a cētro ad circūferentiā ſpermatis virtute calidi. Non ſoluꝫ elementalis.ſ.igne: qꝛ ignis nō habet hoc vitale pncipiū. ignis eniꝫ nullū generat animal: dicebat Ariſto. neqꝫ eſt animal cōſiſtēs in ignitis: ſed hoc eſt calidū celeſte magis elemētali coniunctū. tale nāqꝫ magis viuificū ⁊ tale generat hominē ⁊ ſol: facitqꝫ ſpma gominon.i. plificū cuꝫ ſpū qui natura pportionatur aſtroꝝ ordinatiōi. eſt eni hic ſpūs quē diximus complātatū ⁊ cōnatuꝫ ſpirituoſo ſeminis immixtus duplici calido affectus: quoꝝ alterum viuificū eſt ⁊ celeſte gomina faciens: ſpermata qđ ſecundū Ariſto. a corpore eſt ſeparabile. eius eniꝫ actio ex inſtrumentoꝝ nullo fit corporali. Reliquū vo eſt calidum elemētale igneū conſumptiuū. Motus aūt a medio ad circūferentiā eſt motus ſpūs ⁊ caloris. Qui cum obſtaculū predictū imen circūdās vndiqꝫ ſperma inuenerit refractus in cētrū ſpermatis retrocedit illicqꝫ baſim ſibi conſtituit: exſufflatio eniꝫ tota.i. ampulla: dicebat Auicē. reperit̄ impelli ad mediū hūiditatis.i. ſpermatis vt ſeparet̄ cordi locus: pulſans itaqꝫ in medio totius reflexus ſpūs implātatus ſecedēs duo pncipaliter facit: quoniā pmo diſtēdit humidum virtute calidi ad membroꝝ figurationē ſuſcipiendā. fiuntqꝫ ex humido ſpermatico virtute ſpūs complātati agētis vt inſtrumētuꝫ informatiue virtutis quēadmodū in groſſis ⁊ viſcoſis humorib⁹ videmus fieri ſi igni decoquant̄ in eoruꝫ ebullitiōe bulle: dicebat Haliab. fieri ⁊ inflatōes in quibus bullis ſpūs adunat̄ ſpermati admixt⁹ imergiturqꝫ in ſpermatis pfundo: vtit̄ enim deinceps informatiua virt⁹ duplici inſtrumēto: ſpiritu. vꝫ. gignitiuo: cū quo vehitur in matricē per impulſionē coeūtis: ⁊ ſpū vitali de nouo pducto ex ſemine quē complātatū appellat Conciliator. vt multiplicato per ipm calore virtus informatiua potētior fiat ad cordis ⁊ alioꝝ mēbroꝝ generationem. Ambo nāqꝫ hi ſpūs: ⁊ ſi naturaliter ferant̄ de centro ad circūferētiā agūt: tn̄ vt iſtrumēta virtutis formatiue mouētis ad omnē differētiaꝫ poſitiōis ſecundū exigentiā ⁊ imperiū virtutis cui ſubordinant̄ in operādo. Et quoniā virtus intendit preparare locū vbi debeant membra regalia ⁊ pncipalia generari tāqꝫ illa que ampliori nature puidentia pducuntur et pducta regunt̄. ideo neceſſe fuit ipſaꝫ ad diuerſas partes ſpūm ſpumificantē ſiue veſicanteꝫ mouere ſecundū exigentiā mēbri pncipalis gnādi. iō fiūt tres veſicatiōes varie ⁊ in primis in pfundo ſiue in cētro ſemis fit ɔcauitas inſignis ſiue notabilis: ⁊ eſt veſica ſiue bulla magna corridēs generatiōi cordis: eo ꝙ meruit cor mediuꝫ toti⁹ corporis aīalis poſſidere cui pncipari debꝫ: ſicut rex in medio regni. Et hec appellat̄ pma ſufflatio: qꝛ p tūc tumefit ſperma in medio: ſicut veſica per exſufflationē tumefit: vel dicit̄ ſufflatio: quia mā illa que tumefit ſubtiliat̄ ⁊ quaſi in ventū cōuertit̄ ⁊ in hac cōcauitate magna plurima adunat̄ ſpiritus quātitas dixit Halyab. fitqꝫ in ſuperficie ſpermatis durities ne poſſint adiuiceꝫ ſpūs diſſolui: deide a latere ei⁹ dextro ⁊ a latere ei⁹ ſupmo due veſice q̄ſi ramificate: dicebat Aui. ab eo.ſ. loco cordis q̄ſi tangētes ipm. vnite eniꝫ ſunt ſicut ram⁹ trūco vſqꝫ ad horā .ſ. alicuius tēporis mēſurā: puta vſqꝫ ad ſex dies vt dicitur: quo tēpore de ſpumificatōe nō pōt certū iudiciū haberi: qꝛ in abortiſibus veſice ille frangunt̄ ſecundū plurimum: ſꝫ non oēs: imo alique remanēt quibus arguit̄ ibi prefuiſſe ſpumificatōeꝫ. pter paruitatē eniꝫ fetus iſte ampulle a pncipio nō multuꝫ diſcernunt̄. quaſi enim ſe contangūt. Augent̄ tamē in pceſſu ⁊ ſeparant̄: ⁊ ſicut in veſica media cordi correſpōdente pmum qđ produxit in ea virtus formatiua cū ſpiritu gignitiuo fuit ſpūs vitalis. ita ſuperiori veſica pducta pmuꝫ qđ in ea generatur eſt animalis ſpiritus: vt iuuet̄ virtus formatiua per ipm in generatione cerebri: qꝛ ille eſt locus in quo cerebruꝫ formari habet: ⁊ correſpōdet in veſica lateris dextri ſpūs naturalis vt pbeat auxiliū virtuti in generatōe epatis: quia ille eſt locus in quo epar debet generari: ꝙ cito eniꝫ ſpūs gignitiuus venerit ad mediū ſpermatis: dicebat Auicē. 9. ſuo de animalib⁹ lib. tūc pmuꝫ qđ virtus informatiua cū eo generat eſt tres ſpirit⁹ dicti ordine.ſ. enarrato. Et pbabile eſt hos ſpūs a virtute formatiua ⁊ ſpū gignitiuo hñte eos in potētia gnāri ex materia ſubtiliori ante pductionē membroꝝ pncipaliū que ex materia groſſiori pducunt̄. ſicut prius manifeſtatur actio agētis in materia ſubtiliori tāqꝫ in magis pati diſpoſita ꝙ in groſſiori. ſeparant̄ a medio pterea due iſte veſice a loco cordis ſitu ⁊ diſtātia a quo prius apparebāt ſolum ſicut rarificate a pma pter paruitatē embriōis: que tamē poſtea ipo creſcente. vt Halie. in libro de ſpermate: diſcernunt̄ figura ⁊ dimēſiōe. erāt. n. eaꝝ paruitate veſice medie a pncipio cōtiguate ⁊ vnite: ⁊ fit ipa prima veſica illud ex quo generat̄ cor: et dextra fit illud ex quo generat̄ epar: ⁊ ſupma fit illud ex quo gnātur cerebrum. Nō fiunt aūt predicta membra ſolū ex veſicis illis: imo implet̄ vnaqueqꝫ ſm īteriacētes ptes materia cōueniēte ad generationē illoꝝ membroꝝ: immo ſicut pma veſica pmo creata fuit: ita pmo replet̄: deide ⁊ alie due. replent̄ eniꝫ iſte tres veſice filis ſanguineis veluti venis: dicebat Conciliator. quib⁹ trahunt mām ſanguineā a matrice. demū formari cor incipit cuꝫ alijs duob⁹ membriſ ⁊ vmbilicus. nā licet iſtoꝝ membroꝝ creationis pncipiū precedat pncipiuꝫ creatōis vmbilici: tamē complementū vmbilici antecedit complementū iſtoꝝ trium precipue duorum vltimoꝝ vt cōſequēter oſtēdemus. Eſt tamē materia illa diuerſa. in ſanguine eniꝫ vel in ſpermate: ex quo generant̄ mēbra pncipalia ſunt tria vnū qđ eſt ſubtile.ſ. ſāguis artarialis: ex quo cor. Aliud qđ eſt groſſum.ſ. ſanguis venalis ex quo epar. Aliud vero qđ ē flegmaticū ⁊ coctiōe diminutū: ⁊ ex illo cerebꝝ formatur: dicebat Auicē. 9. de animalib⁹: qđ dicūt eſſe feminis partē aquoſam ſiue flegmaticā. Ideo inter oīa pncipalia ſoluꝫ cerebrum membrū meruit eſſe ſpermaticum corde ⁊ epate dictis carniformibus: illud aūt qđ eſt multū ſubtilius eſt pncipiū quo fit cor. epar vero eſt quaſi de ſuperfluitate nutrimenti cordis. ideo dicit̄ cor eſſe pncipiū in generatōe epatis. Medula vo.i. cerebꝝ hꝫ generationē nō de ſubtili ſanguine ⁊ bono: ſꝫ de ſubtiliori parte ſpermatis: ſꝫ ex eo qđ eſt quaſi flegma: ⁊ ad hunc intellectuꝫ dicebat. zi. tertij. veſica tertia.i. ſupema implet̄ ſanguine ad albedinē decliui. nutrit̄. n. cerebrum ſanguine flegmatico. Et ita videt̄ debere generari: eadē eni videt̄ materia generatiōis ⁊ nutricatōis. vt colligit̄. z. de anima. caplo de tactu. ſcđo de generatione animaliū. 16. caplo. ⁊. 4. de gnātione animaliū. z. caplo. permāet aūt inter materiā cordis ⁊ cerebri pprago quedam cōtinuatiua illoꝝ ex qua neruus generat̄. dicebat Cōciliator: virtus nāqꝫ formatiua in generatiōe exiſtēs in materia ſpermatis ex ſubtiliori ⁊ meliori materia facit cor: ⁊ ex reſiduo materie ſimul gdē nō ſucceſſiua format alia membra nobilia: dicebat Albert⁹ perypatheticus magiſ ꝙ medic⁹: ⁊ nō facit cerebꝝ: ⁊ poſtea ex ipo pducit neruos: ſed ſimt̄ ex corde deriuat materiā cerebri ⁊ nerui permanēs inter vnā ⁊ aliā. vꝫ. viſcoſiorē conuertit in neruū. humidiorē vero ⁊ molliorē in cerebrū: ⁊ ſic formato cerebro mittit ad ipm per neruū virtuteꝫ

animalē in cerebro operantē: que quidē poſtea iterum nō tēpore: ſꝫ ordine nature deriuat ex ſubſtātia que circa cerebꝝ eſt organa neruoꝝ ſenſibiliū ⁊ motiuoꝝ: que in cerebro accipiūt virtutes aīales operātes. ſimilr̄ dicatˀ formato corde ipm ꝓducere ⁊ formare epar per ſanguinē: qui eſt ab ipo corde exeūte: ⁊ ſimul cū ipſo operari venā ex partibꝰ materie ſpermatis durioribus ⁊ cum formata ſunt hec influit eis virtus cordis virtutē naturalē cum potētijs ſuis que ſunt digeſtiua ⁊ attractiua ⁊ alie: que virtutes: quia indigēt alijs virtutibus organicis datˀ eis a corde virtus qua ꝓducat ex ſe venas alias que ſubtus in ſima parte epatis ⁊ ſuperiꝰ a parte epatis gibba ramificantˀ. At Halyabbas magis ad mentē Galieni dicebat ex ſpermate ex ſanguine quidē menſtruo formari membra: ex eo. vꝫ. qui per venas ad corpus fetus veniētes mittitˀ ſanguīe per ſecūdinā epar ⁊ omnia carnea membra ſolo excepto corde. hoc eniꝫ ex ſanguine fit artariarū: cerebrum ex ſubſtātia ſpermatis fit: ho norabiliſſima nāqꝫ ⁊ ṗncipaliſſima particula ex alimēto digeſto ⁊ puriſſimo fit dixit Ariſto. ſecūdo de generatiōe animaliū: partes aūt alie ex deteriori ⁊ reliquis ſuperfluitatibus. In actiōe eniꝫ caloris in materiā cordis aliqua pars perfecte digeritˀ ⁊ ex ea fit cor aliqua ſuperflue decoquitur ⁊ ingroſſatˀ ⁊ ex ea epar. aliqua vero incomplete digeritˀ ⁊ ex ea cerebruꝫ fit: poſuit aūt creator hec membra in loco competēti: dicebat Auicē. ꝓut fuit neceſſariuꝫ vt ſpūs exiret de vaſe cōpetēti. Nō aūt fuerunt poſita ꝓut exigit materia ex q̄ facta ſunt membra. nā ſic cerebruꝫ foret creatū in loco infimo nō in ſupremo: dedit aūt cordi locū in medio vt poſſit cōueniētius influere vitā in omnia membra: epati vero in dextro vt in calidiori loco exiſtēs opera nutrimēti efficaciꝰ exercere valeat cerebruꝫ collocauit in ſupmo vt ſenſus ab eo detineri poſſint vtqꝫ a remotis ꝯprehēdere poſſit.

Et hec de operibus. 6. aut. 7. dierū: humiditates itaqꝫ que poſt pregnationē vſqꝫ ad. 7. dies deſcendūt ſi cōtingat matricē aperiri vocantˀ corruptiōes: eo ꝙ ſpermata tūc corrupta ſunt: nōdū tamē ad ſimilitudinē ſanguinis vel carnis cōuerſa: imo vt diximus ꝑ ſex dies ṗmos vel circa: embrio hꝫ ſe ſicut ſpuma: dicebat Auicē. 9. de animalibꝰ. Et ex his dictis Auicen. elicitˀ cor ṗus formari: deide epar: ⁊ vltimo cerebꝝ: ſicut ꝯtr̄ oñdemꝰ qn ordinē formādoꝝ membroꝝ oſtēdemꝰ. Et ꝯuertitˀ poſtea vmbilicus ad formā vmbilici ſenſibiliter: quia tūc manifeſta via appet ab eſſe īfantis vſqꝫ ad vmbilicū.

De operibꝰ informatiue virtutis poſt ſeptē dies vſqꝫ ad decem vel circa.

Poſt autem dies. 6. vel circa ab hora ꝯceptionis apparēt gutte ſanguinee per tres dies. Inceptio linearuꝫ: dicebat Auicen. ⁊ punctoruꝫ: ⁊ cōplemētū lineationū ⁊ punctoꝝ membroꝝ ortorū a ṗncipalibꝰ eſt alijs tribꝰ diebus poſt illud: ⁊ ſunt nouem dies ex ṗncipio: poſt. n. ſex vel. 7. dies ſequētiū triū dieꝝ ſpatio de hinc īformatiua virtus pūctoꝝ ⁊ lineaꝝ inceptionē in maſſam ſpermatis inducit: ⁊ quādoqꝫ fit ſubtractio vniꝰ diei ⁊ erunt duo dies: aut additio vnius diei ⁊ erunt quattuor dies.

De operibus iformatiue virtutis a nona vel decima die vſqꝫ ad. 15. vel. 17.

Poſt dies nonē ab hora cōceptionis. ſ. vſqꝫ ad. 15. vel. 17. ad maius ſpatiū a ṗncipio apparet embrio totus: ſicut ſanguis coagulatꝰ quo tēpore vere appellatur fetus: auctore Halyabba. cum prius denominaretˀ ſpermaticꝰ. tūc. n. ſperma repletū apparet ſanguīe nec cerebꝝ: neqꝫ cor: neqꝫ epar adhuc diſcernūtur: nec formata ſunt: ſed iā tamē nodata ⁊ eſt eiꝰ quātitas ⁊ mēſura. in hac. n. diſpoſitiōe: dicebat Auicē. i. duꝫ embrio eſt in ſiphac exiſtēs. i. in veſica ſiue pāniculo illa que de veſicis eſt ſanguīea. ſ. cordis ⁊ epatis que ſunt rubee ꝓpter ſanguinē in eis dñari reſpectu veſice cerebri cōuertitˀ ad ſanguineitatem. i. ad formaꝫ ſanguinis coagulati ſic itaqꝫ: dicebat Auicē. poſt dies ſex qð poſt ſex dies alios: ⁊ poſt. 6. dies alios. ſ. vl̄ circa ⁊ ſūt. 15. a cōceptiōe: dicebat Aui. penetrat ſanguineitas vſqꝫ ad. 10. in toto illa. ſ. ea q̄ attracta fuit ad embrioneꝫ ⁊ diſponitˀ verſus diſpoſitionē ꝯuenientē gn̄ationi mēbroꝝ. ex ea nāqꝫ fit illud. vn̄ creatˀ. ſ. embrio: vel vn̄ creatˀ illud qð replet lineatōes iā factas: veꝝ tn̄ qn̄qꝫ añcedit die vno: aut duobus ⁊ erunt dies. 4. aut. 5. ⁊ quādoqꝫ poſtponit vna die vel duabus ⁊ erunt. 7. vel. 8.

De operibus informatiue virtutis a qntodecimo vel 17. die vſqꝫ ad diem. 27.

Duodecim aūt diebus ſequētibus poſt. 15. vel 17. humiditas illa ſanguinea. ſ. que repleuerat lineationes fit caro: dicebat Auicen. ⁊ iam diſcernuntˀ fruſtra carnis: ⁊ mēbra tria. ſ. ṗncipalia manifeſtātur. ſ. completa: ⁊ iam ſeparantˀ mēbra alia a contactu alioꝝ ⁊ extēditur humiditas nuce poſterius a capite vſqꝫ in feriꝰ: veꝝ quādoqꝫ antecedit diebꝰ duobus: aut tribꝰ ⁊ erunt. 9. aut. 10. ⁊ ſilr̄ quādoqꝫ ꝓſtponit duobus diebꝰ: aut tribus ⁊ erūt. 14. aut. 15. licet aūt ad complēdas diſpoſitiōes ſpermatis acquiſitas vſqꝫ ad membroꝝ triuꝫ ṗncipaliū creationē excluſiue virtus formatiua cum ſpiritu diſtendēdo humidū virtute calidi ad mēbroꝝ formationē ⁊ lineationē ſuſcipiendā ſufficiat. Cum tamē incipiūt membra creari nō ſoluꝫ diſtendit: ſed agit ꝑforando ⁊ cōcauando ſperma qð eſt corā ipſa. He eniꝫ ſunt virtutis formatiue operatiōes. ſ. humiditatis ſpermatice ꝯcauatio lineatio ꝑforatio ⁊ aſpatio ⁊ lenitio ſm̄ exigentiā formādoꝝ mēbroꝝ. ⁊ eorūdē gn̄o Nunc aūt ꝓceſſum edocebat Auicē. cū dicebat ꝙ poſtq̄ꝫ generate ſunt due veſice. ſ. cordis ⁊ epatis vel poſt generationē cordis. Cum generatio ṗceſſit tēpore generationē. ſ. epatis ⁊ cerebri poſt generationē triū membrorum ṗncipaliū incboatā ventoſitas. ſ. impulſa a virtute vel ſpūs ventoſus vel pars ſubtilior ſpermatis vel ſpūs gignitiuꝰ penetrat ad exteriorē. ſ. partē hūiditatis ſpermatis. penetrat. i. perforat. ſ. foramē ⁊ ꝯcauitatē cauſando in hūiditate ſpermatica: ſperma in matrice vel dilatata ⁊ ampliata ſeu diſtēſa per ſpumificationē ⁊ veſicationē ṗcedentē: que vētoſitas ſiue ſpūs vētoſus: aut ſubtilior ſpermatis ſiue ſpūs gignitiuꝰ. i. virtus informatiua eſt mundās. ſ. eā ventoſitatē vel vt ipa virtus per taleꝫ neceſſitatē penetrantē recipiat reſtaurationē ex ſpiritu: quātū ad euētationē ⁊ ex ſanguine: quātū ad reſtaurationē deperditi: imo etiā quātū ad augmētum ꝑ ipm ſanguinē vel mundās. i. cōcauans eā ⁊ remouens aliqd de medio illiꝰ hūiditatis: ſicut cū res cōcauatˀ dr̄ cōmuniter mūdari. Eſt. n. hic ſpūs vētoſus: aut hec vētoſitas rumpēs. ſpūs. n. dicebat Hyppocr. frāgit ⁊ facit ſibiipſi viam ⁊ tēdit extra diuidēs ⁊ ſeparans humiditatē ſpermaticam a medio eius ad exteriorē partē. ſ. vſqꝫ ad panniculū ſupradictum ⁊ facit ſibi viaꝫ: ⁊ hec eſt via vmbilici. cauſatur eniꝫ vmbilicus ex tranſitu huius ſpiritus vel ventoſitatis per quē recipit embrio ſanguinē ꝓ nutrimēto ⁊ augmēto: ⁊ ſpūm pro euētatione vel mundās eaꝫ. ſ. depurās ⁊ ſequeſtrās eā a ſupfluitatibꝰ eā. ſ. humiditatē que per locū attrahitˀ vbi iā facta eſt perforatio. Albertus tamē ꝓ tuēda opinione Ariſtote. de ortu venaruꝫ artariarū ⁊ neruoꝝ a corde cōtra Galie. ait ꝙ primū diſtinctū in ſpmate eſt locus cordis ⁊ ſubaꝝ in ipſo ṗmo pulſat ſpūs ⁊ ex ipſo accipit incremētum: ſpiritus

autem ille de ſe.i.ſui natura duo facit. vnum quidez eſt materie diſtenſio vt ſit apta ad lineamenta mēbrorū recipienda. Alterum autē eſt perforatio eius qđ eſt coram ipſo: ⁊ quia maior motus eſt ſpirit⁹ ad ſuperius. ideo ꝑforationē maiorem facit verſus ſuperiora in quibus caput ⁊ cetera ſuperiora formanda ſunt. cetera autē perforat penetrando omnia que ſunt corā ſe:⁊ in ipſis perforationibus format loca venarum quietarum ⁊ pulſatiliū ⁊ ex hoc apparet ſubdit Albertus ꝙ prima origo omniū venarū eſt a corde:⁊ non ab epate:ſicut dicit vulgus medicorum.perforando autē pertingit per totā materiam ad exteriora:⁊ per hec foramina primo inducit nutrimētum ⁊ conceptū cuius puriſſimum trahitur ad vas ſpiritus ⁊c.Quid autē in hoc illuſtres medicorū dixerūt cōtra peripatheticoꝝ ꝑncipē in ſequētib⁹ notū fiet.

¶ Ordo formationis mēbroꝝ ꝑncipaliū in vtero.

Sic itaqȝ formatur cor primo qđ ſecundū neceſſitatem ponitur membrorū principaliſſimū:ad quē intellectuz dicebat Galie. 7.de ingenio ſanitatis.capl'o finali.cor eſt dignioris actiōis in toto corpore:eo ꝙ infirmi magis habēt: ea opus ꝙ̄ ceterorū actione.formatio tamē aliorum duorū membroruz principalium eſt cordi formationi annexa:cum quibus etiā vmbilicus formari incipit:ita vt demuz neceſſitatis gratia cōplementuz formationis vmbilici antecedit ꝯplementum formatiōis iſtoꝝ triū:⁊ duorū maxie: vt ex Cōciliatore innotuit.

¶ De origine vmbilici.

Eſt autem vmbilicus coopculū ligamētale circa venas:quarū principium eſt ex matrice:⁊ eſt tranſitus ſpiritus mundantis aut mandantis: ⁊ vt alij dicunt inundantis a medio ſpermatis penetrantis vſqȝ ad exteriorē ſpermatis ſuperficiē: mediāte quo tranſitu recipit ꝯceptus alimentū vt reſtaurēt qđ ab eo diſſoluitur.quodcūqȝ enim generatum diſſoluitur ⁊ deperditionē patitur : etiam reſtauratur ⁊ recipit ſubſtantiam ſpiritualē pro euentatione:que autem harum operationum ſit prior:an vitalis: an reſtauratio conſequenter videbitur:⁊ quia paruulus eſt embrio:a principio tñ illo eget etiā materia pauca pro augmento ipſius. Ante autē formationez vmbilici fouetur conceptus parte ſeminis impuriore:quemadmodū dicebat Ariſto.in ſpermatibus plantaꝝ ſtatim ineſt aliquid tale qđ lacteū primum:ita ⁊ in materia animaliū id qđ in ſpermate eſt ſuperfluuz compactionis ⁊ coniunctionis puri cum impuro eſt alimentū partis purioris:atqȝ ſpiritus ſpumificātis:aut fouetur embrio ante generationem vmbilici tā ꝙ̄ nutrimento attrahēdo ſemen muliebre:vt ex antehabitis eſt conſpicabile.Sunt tamē qui dicant fetuz ante formationē vmbilici per materiā:quā ſuſcipit per viam reſudationis per pāniculū:de quo ſermonez fecimus foueri.Toto enim tempore illo dicebat Hyppo.deſcēdēs ſanguis a concauo matricis orificijs venarū ſparſarum per ipſum:que non clauduntur:⁊ attrahente naturaliter ſpermate collecto in matrice circumſtat exterius circulariter aſſiſtens pāniculo:⁊ ſimul cum ſpiritu per panniculū.aut per viā reſudationis:vt dicebatur: vl' per meatum:vel per tranſitum quē fecit ſpiritus inundans: aut mundans in exordio:⁊ fuit veſtigiū formationis vmbilici:ſicut forte ⁊ imen pellicula fuit veſtigium future ſecundine pāniculi qui continuo perficitur:attrahitqȝ hic ſanguis interius:ibiqȝ ſtans coagulatur:ex quo formandum augetur:quia enī in exordio illo:puta vſqȝ ad dies ſeptē conceptus eſt paruus:pauco indiget nutrimēto: ꝓpter quod neqȝ eo tempore adhuc alligatur matrici. Nō enim ſuſpenditur matrici niſi cuz foraminibus:dicebat Auicē.i.orificijs venarum terminatarum ad intrinſecā ſuperficiem matricis:vt aſſertū eſt in antehabitis: neqȝ nutritur embrio cuz hoc panniculo in vmbilico:niſi cū panniculus in matrice ſuſpendetur.ſ. mediante vmbilico:ante cuius ſuſpenſionez pauco indiget conceptus alimento:quod tempus inuentum eſt:teſtimonio Hyppo. ⁊ in aborſibus eſſe.6.aut ſeptē dierum.ſpacium eniz ſpume:dicebat Auicē.i.ſpacium in quo fit ſpumificatio eſt 6.dierum vel ſeptē. ſpacium tamen frequenter eueniēs eſt.6.dierum:quāuis extendi poſſit vſqȝ ad ſeptimū diē: materia exiſtente non bene diſpoſita:aut virtute agētis videlz informatiua exiſtēte debili:vel concurrēte vtroqȝ illorum:in quibus diebus informatiua virtus informat in embrione non appetendo aliud ex matrice.ſ.mediante vmbilico. poſt autem illud tempus appetit: propterea ⁊ vmbilicuz formatur:⁊ quia duo ſpermata cōmixta ad generationem non ſunt ſufficiens materia vt mēbra compleantur ſanguis menſtruus ad loca generationis attractus a ſpermatibus duobus venit: alteraturqȝ ⁊ digeritur.fit nutrimētum ⁊ materia generationis conceptus.generātur eniz membra.dicebat Galie.2⁹.de virtutibus naturalibus:ex ſanguie actuato ad ſperma coalterato ⁊ aſſimilato ſpermati. Habz nāqȝ ſperma potentiam ⁊ virtutem ſe conuertendi ſuper aduenientez ſibi materiam:lz ex vna eadēqȝ materia fiat varietas membrorum que generant̄ ⁊ fiunt organa diuerſa pro operationibus forme: cuius eſt agere requiſita; quia materia generationis eſt in potētia talis qualis eſt animalis natura:dicebat Ariſt.2.de generatione animaliū. cū in ea ſint mēbra in potētia:actu autē nullum. Neqȝ tamē mirandū eſt ex paruo ſpermate ⁊ pauco conceptū magnuz fieri.planta enī magna ex minimo ſemine conueniente ꝓducitur:in muliere quoqȝ clauſa ſiue velata fieri pōt conceptio:dicebat Auicē.quia ei⁹ matrix pōt ad ſe attrahere aliquid ex ſpermate:vl' qȝ clauſura ſit rare texture: aut quia habz foramina:⁊ lz modicū ſit qđ attrahit:ex illo tamē pauco fieri poteſt conceptus: qui etiā a ꝑncipio eſt valde paruus:ita vt non differat:dicebat Gal.vbi ſupra.a milio.ſi vis dicere a faba:ſed poſtea tēpore conueniēte augmētuz ſuſcipit.i. plus dearticulatur ſi volum⁹ ſaluare Auic.cum alijs auctoribus.

¶ De origine ſecundine panniculi.

Formato autem vmbilico:quod ꝑmo creatur:tunc eſt panniculus:dicebat Auicē.⁊ ille eſt ſecundina iuxta opinionē eius qui de imine illo ⁊ pellicula ſobrie mentionez fecerat. quez tamen ponunt Hyppocrates:Ariſtoteles.⁊ Halyabbas: quod ſi poſueris iuxta ſeriem dictorū ille precfuit in eſſe confuſo ſecūdina que vlteriore actione virtutis formatiue perficitur ⁊ completur ad modum dictum in antehabitis:⁊ hoc ponere eſt conformius ſententie auctoruz ꝙ̄ dicere ꝙ cuz ſupradictus ſpiritus penetrauerit ad ſuperficiem ſpermatis:creatis tribus veſicis. primum qđ creatur eſt pāniculus circūdans dictas veſicas:⁊ ꝙ vnicuiqȝ earum ſit panniculus circundans eas:quo pāniculo formato completur creatio vmbilici: vt imaginatur Nicolaus. Hic enim ſermo voluntarius apparet:vel ſaltem dictis auctoruz diſſonat.Ex quo apparet panniculū in eſſe incompleto precedere formationez veſicarum: ⁊ eſſe eius productionez de primis operationibus in ſemine concepto:lz quo ad eſſe diſtinctū poſt vmbilicuz producatur:qđ ſi Auicē.aliter intellexit nō conformiter loquitur alijs auctorib⁹ illuſtribus.Apparet etiā qualr ſaluari pōt:qđ dicit̄ .vz.ꝙ ſecūdine totalis gñātio ꝯpletuz ad totale ꝯplemētuz non ꝓcedit gñātionē mēbroꝝ ꝑncipaliū ꝯpletā:verūtñ dicebat Auic.veſice cordis ⁊ epatis ⁊ cerebri creationē vmbilici precedūt:qȝ prius incipiunt

veſice antecedentes generationē mēbrorum pncipaliū q̄ generationē vmbilici: vt paulo poſt dicetur.

¶ Hoc autē fuit: tum ratione finis: dixit Auicē. 9. de animalibus: q2 mēbra principalia anteq̄ compleantur requirunt aliquid de motu materie nutrimentalis ad ipſa: q2 ſtatim eis conſtructis egent nutritione: nutrimentū aūt eis veniēs a longinquo induxit neceſſitatē fieri aliquid qd̄ ſit quaſi ſemita nutrimenti ad ipſa: ⁊ tale eſt vmbilicus: cū enim induratur ⁊ ſolidatur embrio: tunc dicebat Auicē. fit cibatio per illud qd̄ generatur in poris vmbilici ⁊ meatibus manifeſte venoſis: Tuz etiā ratione potentie agentis. poteſt eni agens magis ſuper ꝓductione mēbri non plurimū organiçati: qualis eſt vmbilic⁹ q̄ ſupra mēbra pncipalia plurimū organiçata.

¶ De tempore autē ortus pāniculi: ⁊ de proceſſu: ⁊ tēdentia eius ad augmentuz: dicebat Auicē. eſt cum ſperma. ſ. vtrūq̄ figitur. ſ. in matrice: ⁊ ſpumat et penetrat ſpuma ad profunduz. ſ. ad veſicam cordis generatur pāniculus ex hoc q2 ſperma maſculinuz mouet ſperma muliebre: ⁊ eſt ſeparat⁹. ſ. a fetu in ordine: vel ex ſpermate muliebri: vel ſanguine menſtruo fit ille pāniculus. ſ. circūdās tria membra pncipalia: qui pāniculus poſtea fit mediās inter matricē ⁊ fetum. Et embrio quidē non nutritur cuz hoc pāniculo. ſ. ante formationē membrorum: niſi dum pāniculus eſt in ea. ſ. matrice factus perfectior. ante eni 6. vel. 7. dies embrionis nutrimentū paucū eſt nec̄ium. ſicut enim in plātis vt dictū eſt: ⁊ Ariſt. 3° de generatione animaliū. aliquid eſt lacteū quo germen nutritur: ita ⁊ in embrione. ideo tunc nō nutritur per ſecundinā: propterea non fuit ante illud tempus ſecūdina venis circūamicta ⁊ perfecta venis portātibus ſibi ſanguinem mēſtruum: ſed vel ſola parte ſui impuriore. creature enim pme: dicebat Auicē. i. embrioni ante generationē ſecundine nutrimētū eſt magis propinquū q̄ poſt generationem: vel ſi ab extrinſeca ſoluz per reſudationē ⁊c. vt dictuz eſt ſepe. Hec omnia opera ſunt dierū. 6. vel. 7. a ſexto autē die vſq̄ ad decimuz ad plus incipiunt apparere vt dicebatur quedā gutte ſanguinis in veſicis alijs duabus in ſanguinea. ſ. epatis: non quia in ſe ſit ſanguinea: ſ3 quia eſt illa in qua debz fieri generatio epatis: ⁊ per conſequēs ſanguinis: ⁊ etiā ꝓpter epar fieri ex ſanguie groſſiori: vt dicebatur conuertitur ad ſanguinitatē: quia tūc incipit in eo condenſari ſanguis ⁊ coagulari: vt etiā dicebat Auicē. vmbilicus cōuertitur ad formā vmbilici ſenſibiliter: ⁊ ita ante complementuz formationis cordis ⁊ aliorū principaliuz ſemper ſenſibiliter complet⁹ eſt vmbilicus: ⁊ tunc etiā incipit indurari pāniculus. ſ. ille tendens ad ſui cōplementū: ⁊ vt fiat cibatio fetus per illud qd̄ generatur in poris eius. i. orificijs venaruz ex meatibus manifeſtis venoſis. ſ. ex venis matricis.

¶ Sermo de venis que ſunt in ſecundina ⁊ vmbilico: et ortu earum.

VEne autem et artarie in ſecundina exītes ſparſe: ⁊ ex trāſuerſo contexte diuiduntur: imo vniuntur ex parte fet⁹. ipſas eni eſt videre mox poſt vmbilicū ad idem in ſeinuicē venientes ⁊ fientes vnaz. deinde membranis fortibus indutā ſimul ⁊ colligatā adiacentibus corporibus vnā venam illā vſq̄ peruiā: que ad viſcus ducit. vz. epar. ad principiū eniz venarū fetus debebat ea peruenire prius: deīde ab inde vbiq̄ diſtribui: dicebat Galie. 15. de vtil. particula x. caplo 4°. diuidunt aūt ex parte fetus artarie. vz. in duas artarias. ⁊ vene in vnā. habent enim vene ſecundine duas tunicas: nō quia pulſatiles non habent duas tunicas: ſed quia continentur in duabus tunicis ſecundine inter quas cōtinentur ⁊ teguntur iſte vene adinuicē in eo ſpacio qd̄ eſt inter illas tunicas vt melius ſuſtenētur a ſecūdina: ⁊ eſt ad ſimilitudinē çirbi. ſunt eni in ipſa ſecūdina ſicut in çirbo: ⁊ texuntur in ea vene ipſe. ſ. taz pulſatiles q̄ non pulſatiles: qd̄ eſt inter illas tunicas: ⁊ peruenit vnūquodq̄ genus earū. ſ. venarum ad duas venas. i. ad duo genera venarū que in vmbilico continentur. ſ. quietā ⁊ pulſatilez: ſed vene quiete cū ingrediuntur corpus fetus abbreuiatur ſpaciū ad epar. i. continuantur epati. ita vt fiat vena vna que tendit ad gibbū epatis fetus. non autez ad concauū: Tum quia ibi eſt chiſtis fellis vt ſit ſalubrius: puta vt vena illa fiat robuſtior: ⁊ rumpi ineptior in motionibus matris vehemētibus: vel vt ſit ſalubrius in attractione ſanguinis: ſalubrius eni eſt ipſas venas ſtatim ingredi vnā q̄ plures: Tum quia hec vena copioſum ſanguinem habz ferre ad epar. ideo fortis debz eſſe. fortius autē eſt corpus reſultans integratū ex pluribus alijs paribus q̄ ſi ex illis plura cōſtituanť: ſicut fortior eſt chorda ex quatuor filis compoſita: q̄ due. quarū quelibet ſit ex duobus filis compoſita: Tum etiā quia hec vena deferens ſanguinē copioſum eguit concauitate etiaz notabili quia ſanguis vadit melius penetrans in gibbū: ne ſi penetraret in concauū epatis comprimeret fel in concauitate epatis exiſtens. hec enim vena deferēs copioſuz ſanguinē ſi per concauum penetraſſet multam repletionem faciēdo in concauum potuiſſet chiſtim fellis cōprimere: ⁊ ita prohibere debitā colere attractionez: redundaret eni colera ad epar: ⁊ plura incōmoda ſequerentur. Galie. tamen vbi ſupra. querēs propter quid autez vena non ad gibbā epatis: ſed ad ſimā peruenit ſtatim reſpondens: dicebat: quoniā colere vas ibi locatum eſt: ⁊ meli⁹ erat purgari ſanguinē anteq̄ ad totuz corpus diſtribueretur: Tum etiaz quia a gibbo epatis fetus īmediate ramificatur vena magna portans ſanguinē nutrituruz ad omnia mēbra que vena nutrimentum fert a matrice ad epar fetus: per corium enim dictū ſecundina copulatur matrici fetus totā ſubmergens matricē: dicebat Galie. 15. de vtil. particula x. ab intra vt nuſq̄ tangant que ſubiacent. eſt eni in vnoquoq̄ orificio perueniētium intus matricē vaſorum: per que ⁊ mēſtruū ad ea ferebatur generatiuum in tēpore impregnatiōis aliud vas. ſ. artaria artarie: ⁊ vena in orificio vene ī orificio: vt ſint equalia. numero ea que generantur in orificijs eis que in matrice terminantur. colligat autē ea adinuicē ſubtile: ⁊ forte membranū ab extra coapplicatū omnibus vaſis: ⁊ itrinſecis matricis partibus: ⁊ eſt illud membranū vt dictuz eſt ſecūdina ipſa ad ſimilitudinē çirbi exiſtens. implantatur eni hoc mēbranū omnibus matricis partibus que ſunt inter orificia duplex ſubmiſſum eſt: ⁊ quo explantatur comprehēdit predictis vaſis omnibus alterā duarū partium induens vniuſcuiuſq̄ partē mediam vt coopertimentum eius ſit ⁊ cuſtodia: ⁊ colligatio ad vtraſq̄ matrices hoc duplex membranū. paruum autē eſt vaſoruz ſingulū vbi primo explantatur a matrice: ſicut a radice arboris termini qui a terra procedunt: dicebat Galie. 15. de vti. par. caplo. 4. procedentia vero modicum in idez adinuicē veniunt: ⁊ ex duobus quorūlibet eorū fit vnū. deinde rurſum eorū ſingulū permiſcetur alteri homogeneorum: ⁊ fit ſimiliter vnū: ⁊ hoc non ceſſat fiens quouſq̄ ad duo magna colligantur omnia illa parua: que ſicut ſtipes quidam implantantur fetui per ſecundinam que eſt ſecundū vmbilicum.

¶ Quatuor ergo ſunt ibi. ideſt in vmbilico vniuerſa mēbra ſeu vaſa: dicebat Galie. 15. de vtil. particularū. caplo quarto. dueq̄ artarie et due vene nullis alterogeneoruz adinuicem conuenientibus: ſed ſemper quidem venis

vene: ⁊ artarijs artarie ad idē accedentibus: neq; ſecundum aliquā partē implantantur fetui vena vel artaria ꝙ̄ ſecundū vmbilicuꝫ ſolum qui mediā regionē totius aialis obtinet ⁊ vene nō ꝯueniunt ad aliud: ſed pertranſeunt ad epar: neq; artarie alicubi transferunt ꝙ̄ ad magnam artariā que a corde explātatur: implantaturq; vena ad ſimā epatis: ingreditur autē cibus in conceptum per vmbilicū ad gibbū epatis: ⁊ non per venam que porta vocatur: quia ibi ipediret formationē ſtomaci: vt docet Albertus: ⁊ alioꝝ membroꝝ naturaliuꝫ: ⁊ ſimiliter dicebat Hali. artaria ad portionē magne artarie que eſt in lūbis venas: facile eſt videre mox poſt vmbilicuꝫ ad idem in ſeinuicē venientes ⁊ facientes vnā: deinde mēbranis fortibus inductā ſimul ⁊ colligatā adiacentibus corporibus vnā venaꝫ illā vſq; viam que eſt ad viſcera. Ad principiū enim venarū fetus conuenit eam peruenire plus: ⁊ deide ab vtiq; diſtribui: artarijs itaq; decebat ipſas ad interiorū principiū implantata. ſ. ad ſiniſtrum vētriculū cordis: propter quod autē he due vene in gibbo epatis ſunt adunate: edocet Albertus: ne. ſ. due remanentes impediant formationē ⁊ poſitionē chiſtis fellis: In vmbilico autē diuidantur ⁊ circumuoluuntur pāniculo: ⁊ tunc vena non ad concauū epatis: ſed ad ſimū implātata eſt: dixit Halie. ſicut adduximus vbi ſupra: quoniam vas colere implantatuꝫ eſt: ⁊ melius erat purgari ſanguinē anteq̄ ad totuꝫ corpus diſtribueretur: propter quid autē he vene facte ſunt: vna mox poſt vmbilicum: artarie autē manent due: edocebat Halie. quoniā ait venis totū fuit vnum magnū vas facere conuenientibus: vix paſſibilibus eſt ſemper qđ magis: ⁊ etiam ad partē epatis implantari neceſſariū erat: artarias autem ſuper veſicam infallaciter vehi debentes: et non mox ad ſiniſtrum ventriculum cordis peruenientes non erat neceſſarium fieri vnam.

¶ Utrum autē vene ille que afferunt nutrimentū a matrice ad epar fetus ortuꝫ habeāt ab epate fetus: an ex ſecundina vel ex matrice deſcēdentes ex ſecūdina ad vmbilicū. viſus eſt velle Halie. vt in antehabitis ex verbis eius colligitur ꝙ a ſecundina vel a matrice ortū capiāt: cuꝫ dicebat. 15. de vtili. particulaꝝ. caplo 4°. In vnoquoq; enim orificio peruenientiū intus matricē vaſorū per que ⁊ menſtruū ad ea ferebatur: generatur in tēpore impregnatiōis aliud vas. artaria quidē in orificio artarie. vena vero in eo ꝙ vene vt ſint equalia numero ea que generantur orificijs: que intra matricē terminantur: ⁊ non deſunt euidentie pro hac opinione: Tum quia ipſe ſunt apud orificia venarū matricis eis continuate: quarū orificia ſunt rubea prope matricē propter ſanguineꝫ quem ſugūt: ⁊ paulatim paleſcunt procedētes per elongationē a matrice: ⁊ tūc ingroſſantur ⁊ veniunt ad vmbilicū: inueniuntur etiaꝫ tenuiores: ⁊ ſunt quaſi extremitates ramorū: quaſi ſimilitudinē tenentes radicum arborū: que in earū ortu tenuiores ſunt arbore: ita vt arbor ex radice: non radix ex arbore oriri dicatur: Tuꝫ etiā quia ipſe non deſcendunt: ⁊ non origineꝫ habent in primis niſi ex orificijs venarū matricis: extremitates quarū protenſe ſunt ad exteriorē tunicaꝫ ſecundine venis ⁊ artarijs matricis colligate aſſumentes ſanguinē illic: ⁊ non ex epate fetus: ſed potius ad ipſum epar deferunt: videtur itaq; eas illinc oriri: ⁊ non ab epate fetus. Qꝫ tamē ab epate fetus oriantur euidentiā habet: quia vbicūq; membꝝ aliquod oritur ſi ſit alicuius rei de membro ad mēbrū delatiuū ſemper a mēbro a quo oritur defert ad aliud: vel ad alia membra ad que terminatur: vt patet in alijs. De artarijs ortis a corde: ⁊ de venis ab epate: ſꝫ duo: dicebat Auicē. de his venis conſiderantur: quorū vnū eſt vt exiſtimentur oriri ab epate fetus. ⁊ eſt cōſiderare amplitudinem orificij iſtius vene: qđ quidem magnuꝫ eſt apud epar ad iſtar arboris: cuius radix in epate eſt. ſ. embrionis: ⁊ truncus eſt groſſa vena inter epar ⁊ vmbilicum: ⁊ rami groſſiores erunt due vene que ſunt in vmbilico: ⁊ rami graciliores diſperſi ſunt in ſecundina: ⁊ ramuli minuti ſunt hi quoꝝ extremitates orificijs venaꝝ mr̄icis obuiant. Aliud eſt per qđ exiſtimantur oriri a matrice: ⁊ eſt conſiderare. i. conuertere intentionē ad locum a quo ſugunt ſanguinē. non eniꝫ deſcendunt iſte vene in ꝑmis niſi inde: puta ab orificijs venarū matricis que ab eis illinc aſſumunt ſanguinē: quem deferunt fetui: quare exiſtimatur ꝙ ipſe illinc oriantur. ſ. ab orificijs venaꝝ matricis ad inſtar arboris: cuius radicis fila ſunt prope matricem: ⁊ ipſa radix eſt per ſecundinā diuiſa ⁊ diſperſa: ⁊ trūcus eius eſt inter epar ⁊ vmbilicū: ⁊ rami ac ramūculi diuiſi per epar ſi ramulos illic habeat: ſicut ex ſententia Halie. 15. de vtili. particularū. in antehabitis adducebam⁹. Aliter imaginari poſſumus ꝙ nec a matrice: nec ab epate ſit ortus ipſarū: ſed ꝙ generantur ex ſpermate ſibi proprio qđ inter matriceꝫ ⁊ epar comprehenditur a virtute informatiua. Harū autēꝫ conſiderationū prima vt melior a quibuſdā acceptatur ⁊ imponitur Auicē. in verbis intricatis. Ortum ergo habent ab epate: ⁊ non a matrice dicunt illi. vene ſecundine ⁊ vmbilicales: ſicut ⁊ omnes alie vene: et hoc eſt veritati conformius vt dicunt: naꝫ rationabile eſt venas virtute epatis attrahere: trūcus enim in epate fetus ab vmbilico. vmbilicus aūt a venis que per ſecundinā ſunt diſperſe vt inſtrumentū vmbilicale. inſtrumentū eniꝫ rōnabilius a principio ꝙ̄ ecōtra originē ducit. ideo dicebat Auic. verū ꝯſideratio foraminis meatus. i. cōcauitatis magne vel parue eſt cōſideratio ꝑma. ſ. in veritate: ⁊ perfecta: ⁊ eſt illa per quaꝫ ex hoc ꝙ prope epar erat meatus vene amplior ꝙ̄ in ſecundina dictū eſt ortuꝫ eius eſſe ex epate: ſed conuerſiones. ſ. facte in ſanguine eunte per has venas vel conuerſiones. i. rami illi conuerſi qui contexti per ſecundinaꝫ: vel conuerſi. ſ. ad attrahendū ſanguinem ſunt: ſicut iſtrumenta ſuperficierū. i. v.enaruꝫ: que quia ſunt ſubtiles ſuperficies appellantur comprehēdentiū foramen. i. que ſunt in foramine vmbilici: quia. ſ. vena vmbilicalis que eſt comprehēdens foramen vmbilici partialiter ſaltem attrahit mediantibus ramis diſperſis per ſecundinā velut mediantibus iſtrumentis: ſunt tamen quidā qui cōuerſiones illas ſumant pro rebus conuerſis: ⁊ per inſtrumenta illa intelligunt rugoſas partes itrinſecas matricis ſuperficiales vel illis proximas partes coniunctas: neq; in preſenti ſit cura de eo qđ dixit Ariſto. 2° de generatione animaliū. qui has venas originē trahere voluit a corde: eo ꝙ cor ante epatis generationē eget ſanguine. Neq; conuincunt adducte rationes: Sequimur eniꝫ in preſenti medicorū doctrinam. Signuꝫ autem ortus earum ab epate infantis vt dicitur eſt notabilis trūcus illius vene repertus apud epar infantis: lꝫ hoc ſignū non ſit efficax: Tum etiā quia venarū ſecundine ⁊ vmbilicales operatiōes epatis operationi ſubordinātur: ⁊ ab earum ſubſtātia ad illud terminatur. vena itaq; vmbilicalis ab epate infantis orta concauitatē habens notabilē que poſt partū priuatur ſui operatiōe exiccatur: ⁊ inanitur minus apparēs quanto plus in etatibus proceditur: que in nouiter nato plurimū manifeſtatur. Hec autem vena in non natis apparens diuiditur dū ad vmbilicuꝫ peruenit in duos ramos pricipales: ⁊ illi in plures ꝗ per ſecundinā ramificati ſpargūtur ad vmbilicū etiā terminati: ꝓtēdūturq; iſti rami donec ſupiorē tunicā artarie egredianē. ꝑmanētq; ad orificia vſq; venaꝝ mr̄icis gb⁹

mediātibus in muliere tempoꝛe quo non eſt pꝛegnans effunditur ſanguis menſtruus ſuperfluus ad concauum matricis:⁊ cōtinuātur oꝛificia venarum ſecundine oꝛificijs venaruꝫ matricis ab illis ſanguinem attrahendo vſqꝫ ad vmbilicum:⁊ demū vſqꝫ ad epar infantis. vtruꝫ autē hec ſit vera continuatio cuꝫ vene matricis ſint anime anima matricis. vene autē ſecundine ſe teneāt ex parte fetus alibi inquiratur.

⁋ Neqꝫ concludebant rationes adducte. fluuius enī oꝛitur a fonte:qꝛ cuiuſlibet fluuij principiuꝫ eſt fons: vt videtur .2. methe oꝛoꝛum. cum tñ fluuius ſit maioꝛ fonte: etiā nerui a cerebꝛo oꝛti ab eo diſtantes ſunt groſſioꝛes ⁊ durioꝛes ſeipſis factis propinquioꝛibus exiguis ⁊ mollibus. Trūcus quoqꝫ a radice oꝛt⁹ eſt:tñ radicē excedēs.

⁋ Neqꝫ verū eſt qꝺ in altera aſſumitur ratione. iſtantia eniꝫ in vaſis ſeminalibus pꝛeparatoꝛijs que a teſticulis oꝛiuntur:⁊ ab eis nihil:ſed ad eos potius deferūt ⁊ meſaraice ab epate oꝛte plus ad epar q̄ȝ ab epate ſunt deferētes. Argumētū quoqꝫ ſumptuꝫ a ſubſtātia vene eſt ſumptum a re ſubſtantiali:A ſuctione autē venarum accidētale: Non tamē lateat ꝙ in vna iſtarum venarū ex vmbilico procedentiū eſt quedam inuolutio ad folliculuꝫ ibi pꝛeparatū:⁊ per illam venā egreditur vꝛinam conceptus in follē ſuū:vt docet Albertus: ⁊ foꝛmatur ea iuxta vmbilicū:vt ſic muſculus qui mouet vmbilicum iuuet ad vꝛine eiectionē.non eniꝫ exit vꝛina tunc ex virga fetus:eo qꝛ meatus virge anguſti ſunt adhuc: ita vt vꝛina non poſſit expedite ⁊ faciliter tranſire ⁊ itegre:tum etiā qꝛ iſti meatui pꝛeiacet muſculus retinens in veſica vꝛinā donec affuerit mingēdi voluntas:cuius vſum adhuc non exercet embꝛio ſic ꝙ ipſe ſoluatur cū voluntate embꝛionis:Tum etiā quia meatui virge ſunt plures anfractus vſqꝫ ad finē eius radicis virge:vel meatus ſurſum: quo fit vt per hūc vix exire poſſit vꝛina embꝛionis. natura ergo elegit viā vmbilici vt faciliorē: ſicqꝫ ipſa exit ab vmbilico. quattuoꝛ igitur ſunt pꝛedicta ſecundum vmbilicū vaſa: due quidē artarie:due vero vene in medio earū habentes vꝛiacum.i.poꝛū vꝛinatiuum:dicebat Halie. vbi ſupꝛa.cap⁰.5.⁊ hic quidē poꝛus vꝛinatiuus eſt effuſoꝛiū illud vꝛine penetrās in panniculū qui dicitur biles ab Auicē.tranſeundo ad vmbilicū. quod quidem effuſoꝛiū eſt cōcauitatis ample ⁊ directi introitus non anfractuoſum:ſicut radix virge:hoꝛa autē vſus muſculi retinentis quē voluntas ſoluit eſt hoꝛa partus ⁊ conuerſionis infantuli ad aerē. Tunc enim cū filo ligatur vmbilicus ⁊ ſcinditur:quare cū hoc non amplius vꝛinat infantulus:ſed per virgā exit ab vmbilico.

⁋ Sermo de artarijs que ſunt in ſecundina ⁊ vmbilico: ⁊ de colligantia earum.

ARtaria pꝛeterea que in ſecūdina extis veniēs a maioꝛi vena coꝛdis in ſecundina non ſpargitur:dicebat Albertus:ſed ſimul vadens diuidit oꝛificia ad quaſdaꝫ venas pulſatiles matricis. ⁊ fugit per illa oꝛificia ſanguinē ſubtilem qui⁹ eſt cum ſpiritu ad nutrimentum ſpiritualiū partiuꝫ ipſius creature: pꝛopter qꝺ quidam dixerunt per illa oꝛificia introduci ſanguinē ⁊ animaꝫ in cōceptū:⁊ illa aggregatur ad artarias fetus:⁊ colligatur ex parte.ſ.matricis:⁊ ex parte fet⁹: ⁊ ſi acceperis pꝛincipiū.i.inchoationem ex ſecundina: dicebat Auicē. qui videtur ponere eas ſpargi per ſecundinā. quicquid dixerit Albertus inuenies eas penetrantes ab vmbilico.i.per vmbilicū pꝛocedentes.i.appodiatas ſuper veſicam.i.ſuper partes veſice ad artarias magnas que ſunt ſuper doꝛſo.ipſe enim partes que ſunt ſupꝛa veſicā.ideſt ſupꝛa partes veſice ſunt mēbꝛa ꝓpinquioꝛa ad que poſſibile eſt vt ipſe artarie ligentur. Et hi ſunt rami artarie magne inchoate a quinta ſpōdili infra deſcēdente. Hec eniꝫ artaria magna aboꝛti deſcendens diuiditur in multos ramos ⁊ ramuſculos:tandē in duos diuiditur:quoꝛū vnum tendit ad renē dextrū.alter autem ad ſiniſtrum. Et ita adhuc deſcēdit dicta artaria donec ad coxas perueniat:recipiturqꝫ ramus vnus in coxa dextra: alter in ſiniſtra:lꝫ vlterius poſtea ramificetur:⁊ iſte ſūt ille due artarie quibus vmbilicales artarie in doꝛſo continuantur ſuper partes veſice cū quibus ſunt ligate panniculis laxis.i.mollibus ⁊ ſubtilibus:ne.ſ.nimis foꝛtiter eas cōpꝛimant:⁊ vt expediti⁹ ſuperius aſcendant.ſic nāqꝫ etiā docebat Halie.15.de vtili.particulax.cap.4.cū dicebat. artarias autē decebat vtiqꝫ ipſas ad alterū pꝛincipium implantari.ſ.ad ſiniſtrū ventriculum coꝛdis:ſed cū longe a regionibus que ſunt ſecundum vmbilicuꝫ ſit locatus non erat tutū ⁊ impericuloſuꝫ velut ſuſpenſas ducere per tantaꝫ viam:⁊ ſubdebat Halie.poſt multa verba. Adiacente vero veſica:⁊ maxie in nuper fetatis animalibus.copulatur enī in his fundus ei⁹ regionib⁹ que ſunt ſecundū vmbilicum pꝛomptam erat aſcendere in ipſiuꝫ artarias:⁊ per totā eam velut ſuper fundamento aliquo itinerare vſqꝫ ad magnā artariaꝫ. Sed non aſcenderūt ſimpliciter.non enī manerent fixe ſuper conuexa ſede: ſi nullo copularentur ligamine.pꝛopterea igitur cōplantauit membꝛanis earū alterutrā parti veſice que eſt ſecunduꝫ ipſam:⁊ ita iam veluti partes alique exiſtentes ipſius veſice vſqꝫ ad magnā artariaꝫ infallaciter perducuntur. deinde fiunt penetrantes in artarias ſempiternas:⁊ ſunt artarie aboꝛti que dicūtur ſempiterne: vel qꝛ in coꝛpoꝛe continuo aliquid notabiliter operantes: que non aperiuntur in animali vſqꝫ ad finē vite: quia fieret moꝛs.ideo ſtant vſqꝫ ad moꝛtē:⁊ dicūtur ſempiterne ad differentiā vmbilicaliuꝫ que non ſunt in coꝛpoꝛe continuo naturaliter aliquid oꝑantes:vel dicuntur ſempiterne durature per totā vitam:quia cū fetu incipiunt:⁊ cuꝫ eo deſinunt:quia iſte tamē artarie ſempiterne ſunt valde magne plurimū de ſpiritu ⁊ ſanguie artariali cōtinētes:⁊ valde pꝛofunde.ideo nō manifeſtantur in animali niſi pꝛoducto ad finē vite:quia vbi diſcooperiantur ⁊ aperiātur moꝛitur animal:vel ideo non aperiuntur vſqꝫ ad finē vite:quia nūq̄ȝ apparent iſte artarie:ſicut dici ſolet in ſimili:cū ſignificare volumus hominē nihil facere:dicimus tunc homo non faciet hoc vſqꝫ ad fineꝫ vite: vel aliter: que.ſ. artarie terminate ad illos ramos artarie poſt partū non aperiuntur.i.nō pulſant: quia fruſtrātur:ita vt opus earū non ſit amplius:vel aliter: ⁊ iſte artarie poſt exituꝫ fetus ex vtero m̄aterno:⁊ ligaturaꝫ vmbilicalem non aperiuntur in animali vſqꝫ ad fineꝫ vite: quia tunc vtitur ꝓpꝛijs artarijs a magna artaria aboꝛti oꝛientibus. Differunt tamē iſte artarie que ſunt ſecūdū vmbilicū a venis:que etiam ſunt ſecundum vmbilicuꝫ: quia vene ille due mox facte ſunt vna poſt vmbilicū: ⁊ ita due facte vna vadit ad epar: cuius cauſa eſt: dicebat Hal. vbi ſupꝛa.quoniā venis totius quidē fuit vnuꝫ magnum vas facere conuenientius. vix paſſibilius enī eſt ſemper qꝺ eſt malus:⁊ etiaꝫ ad vnam partes epatis implantari neceſſariū erat:artarie autē manent due continuate alijs artarijs:Cuius cauſa eſt:qꝛ artarias ſuper veſicam.i.ſuper partes veſice vehi debētes: ⁊ non mox ad ſiniſtrū ventriculū coꝛdis peruenientes non erat neceſſarium fieri vnā.oīno autē ſiquidē ⁊ has eleuatas poꝛtaſſet verſus coꝛ:ſicut venas ad epar oīno vtiqꝫ:⁊ has vnaꝫ feciſſet. Magna enī erat earuꝫ diſtantia a coꝛde: parua vero diſtantia a duabus artarijs cū quibus debēt continuari.ideo nō opoꝛtuit eas ꝑus vniri. Medici.n. dicūt

ait Auicē.ꝙ non conuenit eis ambabus.ſ.artarijs pene/
trantibus in fetum per vmbilicum eius vt vnirentur:
ſic ꝙ ex eis fieret artaria vnica: ſicut ex duabus venis
quietis fit vnica vena poſtꝗ̄ pertranſiuit paruz per vm
bilicum: neqꝫ conueniebat vt iſte artarie recte ad cor
ſine appodiatione extenderentur propter longitudinez
ſpacij inter vmbilicū ⁊ cor:⁊ ꝓpter inuectionem ſeu de/
portationem diuerſaꝝ rerū ſeparantiū ſpacium earū in
deportando eas hincinde ligatas:vel aliter ꝓpter inue/
ctionem ſeparantiū membroꝝ.i.intermediorum mem
broꝝ vnione.ſ.ad cor:⁊ impedientiū ipſarum tranſitū:
⁊ propterea qꝛ appropinquat ſpaciū ambarū eis quibus
continuatur nō indiguerunt vnitione.ſ.vt ex eis amba/
bus fieret vna:ſicut indiguerunt vene.Cum eñi longe a
regionibus que ſunt ſecundū vmbilicū ſit locatum cor:
dicebat Gal'.15.de vtili.particu. non erat tutū ⁊ imperi/
culoſum velut ſuſpenſas ducere per tantā viam. erit er/
go melius per breuiſſimā ducere diſtantiā ipſas ad eas
que ex corde explantatur.explantatur autē a corde arta
ria magna que ſuperiacet ſecundū mediuz dorſi totam
eius longitudinē comprehēdens. Ad hanc ergo oporte/
bat anaſtomare.i.driuare ⁊ copulare artarias ꝗ̄ a mr̄ice
ad fetū veniūt ⁊ copulāt ei.deducere aūt eas apud dor/
ſum ex vmbilico ſiue ad duas manētes:ſiue ad duas fe/
rentes:vna ſuper nullo organo in aliqua parte vis quie/
ſcere potentes.iam etiā qḋ ab inteſtinis ⁊ renibus occu
paret comprehēdi hec regio ratiōabiliter vitauit. Adia
cente autē veſica complantatur fundo eius regionibus
que ſunt ſecundū vmbilicuz promptum erat aſcendere
ad ipſam artariam:⁊ per totam eaz veluti ſuper funda/
mento aliquo itinerare vſqꝫ ad magnā artariā infallaci
ter producuntur:ſicut diximus.

¶ De igitur artarie diuidūtur in duas. terminantur eñi
ſecundū vnā partem ad artariā aorti:⁊ ſecundū aliam
ad venalē artariaz per pulmonē diſperſam:vel forte ad
duos ramos aorti per dorſum venientes: ⁊ hec eſt veri/
tas:⁊ conſonat dicēdis paulo poſt:⁊ coniungitur tandez
ad artariā magnam aorti:quia tamē longo ſpacio ince
dunt ſeparate dicuntur diuidi in duas artarias. Cauſa
autē pluralitatis haꝝ venarū ⁊ artariarum fuit: tum vt
maior quantitas aeris a matre attraheretur: tuz etiā vt
ne ſi nocumentū vni eueniret neceſſario alteri cōmuni/
caretur:ne inde ſequatur aborſus:diuiſe autē fuerūt ar/
tarie in duas:vt facilius aerē deportarent. De autez ar/
tarie euaneſcunt in decurſu etatiuo:ſicut ⁊ vmbilicales
vene.vnde in nouiter natis melius apparent.Et hec eſt
ſermonis medicoꝝ manifeſtatio de his artarijs ꝙ oriā
tur a matrice:⁊ terminantur illic.

**Sed in veritate** dicebat Auicē.iſti duo rami
.i.iſte due artarie ſūt duo ra/
mi:quorum origo vera eſt ex artarijs ſecunduz conſide
rationem predictam de venis.

